in susis. et discubuerunt extra domum septem  
diebus in vestibulo horti deliciarum. In horto  
erat vinea habens vites argenteas. et palmi-  
tes aureos et botros ex varietate gemmarum  
distinctos. Super convivantes extensa erant  
tentoria. que appendebantur columnis argē-  
teis et marmoreis. eburneis circulis inserta  
funibus byssinis atque purpureis. Lectuli quoque  
aurei et argentei dispositi erant super pau-  
mentum. smaragdino et pario stratum lapi-  
de. Bibebant autem omnes in aureis poculis  
vinum precipuum et abundans. nec erat qui  
nolentes cogitaret ad bibendum. Id moris  
esset apud persas. Vasti quoque regina fecit  
convivium feminarum in palatio regis. Die  
autem septimo cum rex incalisset mero. pro-  
cepit septem eunuchis ut introducerent regi-  
nam in decore suo. ut ostenderet omnibus pul-  
chritudinem illi. Que ad imperium regis  
venire contempsit. Et iratus rex quasi a septem  
sapiens qui videbant faciem eius cui sen-  
tentie vasti subiaceret. Et tradidit manucham.  
Non lesit te solus vasti. sed et omnes viros  
regni tui. Nam eius exemplo mulieres par-  
vipendunt imperia virorum. Egrediat autem edi-  
ctum a facie tua. ut ultra vasti non ingredi-  
atur ad regem. sed altera melior regnet pro  
ea. Et exiit edictum in omnes provincias per epi-  
stolam regis. Et dixerunt pueri regis ad eum.  
Querantur regi puellę virgines speciosę. et  
tradantur aggeo eunuchis ad custodiam. et  
accipiant mundum muliebrem. id est vestes. et  
cultus. et ornat. Unde et ministros talium  
mundiburdos vocamus. et quecumque oculis  
regis placuerit regnet per vasti. Placuit ser-  
mo regi. et iussit hoc fieri. Erat tunc in susis in-  
deus vocabulo mardocheus. de tribu gimi-  
ni. qui descenderat de transmigratiōe iechonie  
Hic erat nutricius filie fratris edisse. que  
et hester vocabatur. quam orbatam utro-  
que parente mardocheus adoptaverat in fi-  
liam. Hęc inter ceteras tradita est eunuchis  
nec indicavit populum suum. Sic enim



mandauerat ei mardocheus. et inuenit gratiam in oculis eunuchi. et accelerauit ei cultum muliebrem. et dedit ei septem puellas. ut eam ornarent et excolerent. Porro virgines per sex menses ungebant oleo myrtino. et alijs sex quibusdam pigmentis et aromatibus utebantur. ut post annum ingrederentur ad regem. et que uesper e intrabat egrediebatur mane. nec poterat redire nisi rex ex nomine iussisset eam venire. Mardocheus autem uersabatur in vestibulo domus regis curam agens salutis filie. Tandem instabat dies quo hester filia abiel intrare debebat ad regem. nec quasiuit ab aggeo cultum muliebrem sed posuit in uoluntate eius qui tenebat puellis dare quicquid petissent. Et intrauit ad regem anno septimo regni ipsius mense. x. que hebraice dicitur thebet. latine ianuarius. et inuenit gratiam apud regem. et fecit eam regnare per uasti. Et celebrauit nuptias per mensem. et mandauit per eos qui aggari dicuntur. id est cursores requiem in uniuerso regno per tempus nuptiarum. Mardocheus autem qui frequentius morabatur in babilonia. unde et adducta fuerat hester transtulit se in susis. Eo tempore irati sunt regi duo eunuchi ianitores. et machinabantur ut occiderent regem. Quod non latuit mardocheum. et indicauit hester. et illa ex nomine mardochei detulit ad regem. Questitumque est et inuentum. et appensi sunt in patibulo. Et traditum est coram rege in annalibus in quibus reges accidentia temporis sui redigebant. Post hec asuerus exaltauit aman amalechitem qui erat de stirpe agag. quem samuel trucidauit. et adorabant eum serui regis. preter mardocheum. qui propter patris leges coram eo genu non flectebat. Quod attendens aman indignatus est. et accipiens eum hebreum esse ait. Persę liberi flectunt genua. hic autem seruus dedignatur. Et disposuit perdere iudeos qui erant in regno asueri. veteri motus odio. quia iudei deleuerant amalechitas. Duodecimo itaque anno regni asueri. mense primo missa est sors in uinam que hebraice dicitur phur coram amana quo die et quo mense gens iudeorum deberet interfici. et exiit mensis. xij. Tunc ait aman ad regem. Interest

regi seruare pacem. Nouerca autem pacis est dissimilitudo. Est enim gens in regno tuo dissimilis ceteris. nouis utens legibus. insuper et regem scita contemnes. Expedi tibi ut non insolescat. Decerne ergo ut pereat. Et ne dispendium sentias in tributis. decem milia talentorum. appendam archarijs gratie tue. Tulitque rex anulum quem utebatur. et dedit illum aman dicens. Argentum tuum tibi sit. et de populo age quod tibi placet. Tunc scripsit aman ex nomine regis litteras anulo regis designatas in omnes puincias. ut occiderentur iudei a paruulo usque ad senem. et bona eorum diriperent. xij. die mensis. xij. Statimque in susis pependit edictum. Quod cum legissent iudei fleuerunt. Sed et mardocheus induit eum sacco. et aspersus cinere magna uoce euulabat per foribus palatii. Non enim fas erat indutos sacco intrare palatium. Quod cum accepisset hester confesternata est. et misit ei uestem qua induit intraret ad eam. quam accipere noluit. sed significauit ei per eunuchum causam fletus et exemplar edicti quod pendeat in susis misit ei. monens eam. ut intraret ad regem. et supplicaret ei pro populo suo. Que respondit. Jam xxx. diebus non sum uocata ad regem. et decretum est. ut qui non uocatus accesserit moriatur. nisi forte rex auream uirgam ad eam extenderit. Rursumque mardocheus ad eam: Quid scis utrum idcirco ad regnum ueneris. ut in tali tempore parareris. Si nunc silueris. per alium liberabit dominus populum suum. et tu et domus patris tui peribitis. Tunc mandauit hester mardocheo. ut omnes iudei qui erant in susis per triduum ieiunarent et orarent pro ea. sed et ipsa ieiunauit. Die autem tertia induta regalibus. stetit in atrio domus contra basilicam regis cum duabus puellis. quarum una incubentem sustinebat. altera sequens longitudinem uestis summis digitis deportabat. At rex sedebat supra solium contra ostium domus. Qui cum respexisset eam toruo uultu collapsa est. Cumque uidisset hester lapsam. placuit ei. et extendit contra eam auream uirgam. Que surgens et accedens. osculata est summitatem uirge. et ait rex. Quid uis hester. Qui quod petieris dabo tibi. Que respondit. Obsecro ut



# Historia

venias ad me hodie. et aman tecum ad convivium. Et surgens venit ad eam. Et fovens eas in gremio. consolabatur dicens: Noli timere. pro subditis lex data est. tu vero mihi coregnas. Venientesque ambo ad convivium regine. Cumque rex bibisset abundanter ait: Petite quod vis habere et impetrabis. Quae respondit: Obsecro ut veniat cras rex et aman ad convivium. et indicabo eis cor meum. Egressus est itaque aman letus. Cumque vidisset mardocheum non assurrexisse sibi indignatus est. et convocans uxorem et amicos expulit eis omnes glorias suas. addens quod eum solum cum rege habere reputabat. dum viveret mardocheus. Et dixerunt ei: Jube parari trabem cubitorum. et suggerere regi. ut appendat mardocheus in ea. ut sic eas letus cum rege ad convivium. Et iussit parari crucem. Nocte illa rex duxit in somnum. et iussit sibi legi annales. Et ventum est ad locum ubi scriptum erat quod mardocheus nunciaverat ei facinus eunuchorum. Et ait rex: Quid honoris persecutus est mardocheus pro hac fide? Et dixerunt ei: Nihil. Et quasi in atriis rex quiesceret in atrio. Et dixerunt pueri aman: Ipsi enim intraverat ut suggereret regi de morte mardochei. Cumque vocatus intrasset amam. dixit rex ad eum. Quid debet fieri viro quem rex vult honorare? Qui cogitans pro se dictum esse respondit: Debet indui stola regia et coronari didemate. et sedere super equum regis. et primus de principibus tenere equum. et per civitatem incedens clamet: Sic honorabitur quem rex voluerit honorare. Dixitque ei rex: Festina et fac ut locutus es mardocheo. Laue ne quicquam ex his que locutus es pretermittas. Et fecit aman mardocheo ut locutus fuerat. Qui prius renitebatur putans sibi illudi ab amam. sed cognita veritate consensit. Et rediit mardocheus ad fores palatii. Amam vero festinabat in domum lugens et aperto capite. Et dixerunt ei amici eius: Si de semine iudeorum est mardocheus an quem cadere cepisti non poteris ei resistere sed cades. Et ecce nuntii regis compellebant eum intrare. et intravit cum rege ad convivium. Et ait rex: Petite quod vis habere. Quae respondit: Dona mihi gratias meas et populum meum ne pereamus. Utinam

in servos vendaremur et gemens facerem. Et ait rex: Quis est qui haec audeat facere. Quae respondit: Hostis noster est iste aman. Quod ille audiens obstupuit. Rex autem iratus surrexit et intravit in hortum. amam vero supplicabat regine pro anima sua. Cumque reverius esset rex reperit aman corruisse super lectulum in quo iacebat habere. et ait: Etiam reginas vult opprimere me presente. Et dixit arborea eunuchus. En lignum quod parauerat mardocheo stat in domo aman. Et ait rex: Appedite illum in eo. Et suspensus est aman in patibulo. et dedit rex habere domum aman. Et ingressus est mardocheus ad regem. Confessa est enim habere quod pater eius esset. Et dedit rex anulum mardocheo quem aman recipi iusserat. Habere autem constituit mardocheum super domum suam. Quae iterum flens prociidit ad pedes eius. supplicans ut veteres litteras quas scripserat aman contra iudeos novis epistolis irritaret. Et acquievit rex. Et scissit mardocheus litteras anulo regis sigillatas ad principes provinciarum ne occiderentur iudei. imo illos qui parati erant ad occisionem iudeorum interficerent iudei. et manus principum esset cum eis. Et factum est nomen iudeorum celebre. ita ut plures de gentibus religioni eorum iungerentur. Et recordatus est mardocheus somnii quod viderat. et interpretationem eius intellexit. et hoc erat somnium. Apparuerunt ei voces et tonitrua et tremotus super terras. Et ecce duo dracones parati contra se in plium. ad quorum clamorem nationes excitatae sunt ut pugnarent contra regem iustorum. et fuit dies illa tenebrarum et discriminis. Et conturbata gens iustorum clamavit ad dominum. et ecce fons parvus crevit in flumen maximum et orta est lux magna. et humiles exaltati sunt et devoraverunt inclytos. Porro in secunda epistola quas scissit pro iudeis excusavit se rex in hunc modum. Reputetis si diversa invenimus ex animi levitate venire. sed pro necessitate temporum ferre sententiam ut reipublice possit utilitas. Multi sublimati a regibus honore. collato abusi sunt in superbiam. et in ipsos qui dederunt moluntur insidias. Aman et animo



et genere macedo. et ex obliquo comaculas  
genus psarum adeo intumuit. ut regno nos  
puare niteret et spiritu. Nam mardocheus cuius  
fide vivimus et consortem regni hester cum omni  
gente sua novis machinationibus expetit  
ad mortem cogitans. ut illis interfectis nos  
stre insidiaretur solitudini. et regnum persarum  
transferret in macedones. Nos vero  
nutu dei vivemus cuius beneficio patribus nostris  
regnum traditum est et usque hodie custoditum  
indeos absolvimus. et hostes eorum interficimus  
in bethem. Igitur xiiij. die mensis xiiij. percusserunt  
indei hostes suos plaga magna per provincias  
usque ad lxxv. milia. Quarta decima vero  
die celebraverunt convivium cum gaudio. particulas  
sibi invicem mittentes. In susis vero interfecerunt  
d. viros. Et in xiiii. die obtinuit hester a rege. ut  
adhuc occiderent in susis hostes indeorum. et  
suspensi sunt decem filii aman. et alii circiter  
ccc. perierunt. Et ideo iudei qui habitabant  
in susis duobus diebus occisioni vacantes. xv. die  
convivia celebraverunt. Et propterea mandavit  
hester et mardocheus hos duos dies in numero  
solennitatum recipi. et dies perburim. id est  
sortium observari a iudeis. ut memoriam facti  
nulla deleteret oblivio. Hosten dies vocat iosephus  
perversatores eo quod iudei de merore in gaudium  
conversi fuerant. Scripsit etiam mardocheus ad  
iudam summum sacerdotem in hierusalem. qui patri  
suo helisaphat successerat. ut dies isti solennes  
haberentur in iudea in sempiternum.

**Incidentia.**

In diebus asueri athenienses. xxiiij. litteras  
vtrique ceperunt cum antea. xvj. tantum vterent. Senones  
galli duce brenno romam inuascent et excepto capitolio  
incensam vastaverunt. vj. mensibus tribuni militares  
pro consulibus esse ceperunt. Obiit anaxagoras  
philosophus et eracletus tenebrosus et democritus. et  
socrates in carcere venenum bibit. diogenes et ysocrates  
claruerunt. Aristoteles adivinit platonez xviiij. annu  
agens.

**De ocho. Capitulum. II.**

**Est asuerus re**

gnavit artaxerxes. qui ochus dictus est. Hic mi  
sit vagosum prefectum universis regionibus  
trans flumen eufraten. Erat autem in hierusa  
lem summus sacerdos iohannes. qui iude  
patri suo successerat. Erat autem frater io  
hannis iesus qui ad pontificatum aspirabat  
et propterea vagosi familiaritates sibi com  
paruit. Quia confidentia iesus altercatus  
in templo adversus iohannes. adeo incita  
vit fratrem ut eum interficeret. Unde vago  
sus indignatus ascendit in hierusalem. Cum  
prohiberet eum ab ingressu templi. Respon  
dit: Mundior ego sum cadauere quo tem  
plum profanastis. Et ingressus in templum  
spoliavit illud. Et imposuit iterum ministris  
templi tributa et annonas anni. vij. a quibus  
per interuentum esdre absoluti fuerant. Porro  
artaxerxes scilicet ochus. egyptum ad suum revo  
cavit imperium. uethanabo rege in ethiopia  
pulso. in quo egyptiorum regnum destructum  
est. Idem ochus apud asmo iudeorum captus  
in hircaniam accolis translatus iuxta ma  
re caspium collocavit.

**Incidentia.**

Eo tempore romani gallos superaverunt  
Demostenes et ysocrates claruerunt. Obiit  
plato. post quem pseusippus tenuit academi  
am.

**Dedario filio arsamis. Cap. III**

**Est ochus re**

gnavit filius arsamus. Et mortuo  
iohanne in hierusalem successit ei filius eius  
iadus in sacerdotium. Post arsamum regna  
vit filius eius darius. Hic prefectus regionibus  
trans flumen saraballa. de genere cutheorum.  
ex quibus samarites descenderunt. Erat autem  
iada frater manasses ad pontificatum anhelans  
propter quod ysacham filiam saraballe duxit uxorem  
Cum ministraret in sacerdotio indignati sunt  
hierosolymites. et iubebant eum recedere ab  
uxore. aut non introire sanctuarium. Itaque ma  
nasses cum uxore transtulit se ad socerum suum.  
Qui pollicitus est ut edificaret ei templum in  
sitar hierosolymorum super montem garicum. Et  
hoc cum sententia regis darij faciendum erat.



# Historia

Interim autē pdidit ei abisaz vlabiglam q̄ est mediterrane⁹ vicus tyrioz ⁊ insignis Et trāsierūt ad manassen plures de hierosolymitis qb⁹ saraballa pecunias ministrabat. terrā colēdā deputabat ⁊ habitationē.

## Incidentia.

Et tpe mālius torquat⁹ cōsul romanoz filiū suū virgis cesum securi pcussit. qz ptra imperiū cōsulū cuz hostib⁹ pugnaverāt ⁊ tū expugnaverāt.

De alexandro. Capitulum. III.

## Eridē tempus

philipp⁹ rex macedonū p insidias pempt⁹ ē a pausania. trahēte genus ab ho-  
reste. Cui successit alexander fili⁹ ei⁹ adopti-  
uus. qz legit⁹ notanabi fili⁹ vicesimū agens  
annū. Qui volēs obtinere syriā trāsijt bel-  
leispontū. Et cōgregati sūt aduersus en⁹ du-  
ces darij q̄ erant trans flumē. ⁊ sup graniciū  
flumiū expugnavit eos. Lunqz pcurrisset li-  
diam ⁊ yconiaz. puenit ad loca pamphilię.  
Tūc dari⁹ fili⁹ arsamī electū collegit exerci-  
tū ⁊ trāsiuit enfratē ⁊ mōtem cilicię taurum  
spērās ī cilicia macedones expugnare. Tūc  
ganisus ē saraballa putās q̄ postvictoriaz  
occurreret dario. ⁊ edificationē tēpli ab eo  
impetraret. qd̄ pollicit⁹ erat genero suo. ipē  
q̄ dem longeuus a plijs vacabat. s̄ aliter q̄  
speraret enenit. Nā vict⁹ ē dari⁹ a macedo-  
nib⁹ ⁊ capta matre ei⁹ vxore ⁊ filijs. ad p̄sas  
fugiēs remeavit cum paucis. Tūc alexan-  
der cepit aspirare ad monarchiam orientis  
⁊ intrās syriam cepit damascum. ⁊ subiuga-  
ta sidone tyrum obsidebat. Tūc sarabal-  
la eligens de suis. viij. milia in alexandriam  
puectus ē in auxiliū. dicens se libenti⁹ obse-  
qui ei q̄ dario. ⁊ q̄ loca cōstituta sub pote-  
state sua ei contraderet. ⁊ grate suscept⁹ est  
ab alexandro. Pręterea dixit ei se habere ge-  
nerū manassen frēm principis sacerdotum  
gentis iudeę. multosqz alios cū eo p̄sentes  
exca gēte q̄s velle aiebat sub eo templū con-  
stituis locis edificare. qd̄ pfuturum alexā-  
dro testabatur. qz potentia iudeoz in duo  
diuisa non rebellaret. Cōcedēte vero alexā-

dro oī studio edifi-  
cavit saraballa tem-  
plum ⁊ altare qd̄ p  
mansit vsqz ad de-  
structionē factaz p  
romanos. ⁊ ī eo ma-

Ecce tertio legit⁹ tem-  
plum edificatus a sa-  
lomone in hierusalē  
in egypto. ⁊ b̄ a sara-  
balla.  
nassen p̄stituit pontificē. Porro dñ̄ alexā-  
der erat ī obsidione tyri. lpsit eplaz ad pn-  
cipē sacerdotū in hierlm̄. innitās eū vt libi  
p̄beret auxiliū. ⁊ exercitui venalia p̄pararet  
⁊ redderet sibi tributa q̄ p̄us dario cōfere-  
bat. Et rñdit iadus se dario sacramētū de-  
disse. nec eo viuēte posse trāscendere p̄stitu-  
ta. Tūc cōminat⁹ ē alexāder genti iudeoz  
qz p̄ eū discerēt. quib⁹ deberēt p̄stituta pua-  
re. Tūc iniectis aggerib⁹ tyri fecit p̄tinētē.  
id ē. cū p̄us eēt in insula. fecit eā p̄terminiā ter-  
rę. q̄ vastata gaçā obsedit. Et mortu⁹ est sa-  
raballa. Alexāder autē capta gaçā ī hieroso-  
lymā festinabat. Et timentes iudęi clamaue-  
rūt ad dñm ⁊ imolabant hostias. et iadus  
orabat p̄ gēte. Qui cum post sacrificiū ob-  
dormisset. p̄cepit ei de⁹ vt p̄fideret. sericisqz  
id ē. cortinis ciuitatē ornaret. ⁊ ipse pontifi-  
calib⁹ indutus. ⁊ reliqui sacerdotes cum eo  
legitimis stolis induti obuias exiret alexan-  
dro. Et surgēs a sopore. oraculus oib⁹ indi-  
cavit. Audiēs qz nō lōge esse a ciuitate alexā-  
dro. p̄cessit cū sacerdotib⁹ ⁊ ciuiū multitu-  
dine sacra. ad locū qui saphim appellatur.  
qd̄ latine trāslatum scopulū sonat. vñ hie-  
rosolyma ⁊ templum dñi videri potuissent.  
Et factū est cōtra spem omniū qui sequebā-  
tur regem. Nam alexander intuens antisti-  
tem pontificali stola insignem. et sup cyda-  
rim laminam auream in qua scriptum erat  
nomen dei descendit de equo. ⁊ adijt euz so-  
lus. ⁊ nomen dei adorauit. et pontificem ve-  
neratus ē. Et obstupuerūt p̄ncipes exerci-  
tus ⁊ ludificatā regl̄ mentē putauerūt. So-  
lus pathemi⁹ quęsiuit ab eo. cur sacerdotē  
gēt̄ iudeę adorasset. Et rñdit. Nō hūc ad-  
orauī s̄ deū cui p̄ncipatum sacerdotij gent.  
Nam per somniū in tali habitu deum pro-  
spexi. adhuc in licea ciuitate macedonię cō-  
stitit⁹. Dūqz mecum cogitarē. vtrum asqz



possem obtinere iussit me confidere. Nam ipse exercitum meum perduceret et persarum mihi traderet principatum. Nunc aut primo vidi in hoc sacerdote ipsius effigiem et que mihi promisit puerura confido et propterea deum adoraui et hominem veneratus sum. Et ingressus est urbem alexander et in templo sacrificauit deo secundum sacerdotis ostensionem. Et attulerunt ei danielē in quo scriptum erat quendam grecorum perditurum persarum potentiam et arbitras de se scripturę esse gaudisus est. Et in crastinum conuocans populum iussit petere que vellent. Et ipsis petentibus concessit iudeos ubique prius vti legibus et septimum annum sine tributis esse propter sabbatum terre quia septimo anno non colebat terra. Et exinde ad alias ciuitates prouectus est. Tunc samarites videntes eius munificentias circa iudeos cognatos se dixerunt esse iudeorum originem suam ab effraim et manasse recensentes. Et postulauerunt ut templum eorum in garicum honoraret quod in reditu se facturum promisit. Cumque peterent ab eo relaxationem vii anni quęsiuit qui essent. Et dixerunt se hebreos. Cumque adderet vtrum essent iudei negauerunt se iudeos esse. Et respondit: Iudeis tantum hæc concessi. Porro nos sub silentio pertransimus qualiter alexander darium vicit et porcum et quomodo consuluit arbores solis et lunę et cetera admiratione digna que preceptorum suo aristoteli per epistolam indicauit ad ea que circa populū dei gesta sunt festinantes.

Arbores solis et lunę. Cumque sol oriebatur et splendor summitatem arborum tangebatur usque ad radices concutiebatur et tunc responsum dabatur in

terrogantibus. ubi alexander de vxore et suis recepit et de morte sua si babylonem intraret et ita factus est a sorore. Sacerdotes vero qui erant videntes pomis arborum solis et lunę quadringentos annos vivebat.

**De reclusiōe decem tribuum et morte alexandri. Capitulum. V.**

## Taqz cū venis/

set alexander ad montes caspios miserunt ad eum filij captiuitatis decem tribuum. Ex edicto enim tenebant egredi non licere postulantes ab eo egrediendi licentiam. Cumque quesisset causam captiuitatis accepit eos recessisse aperte a deo israel vitulis aureis imolando et prophetas dei predictum esse eos a captiuitate non redituros. Tunc dicit quod artius eos includeret. Cumque angusta via obstrueret molibus bituminatis videns laborem humanum non sufficere orauit deum israel ut opus illud compleret. Et accesserunt ad se inuicem prupta montium et factus est locus inmeabilis. Ex quo liquido apparet non esse dei voluntatem ut exerant. Egredientes tamen circa finem mundi magnam hominum stragem facturi. Et ut ait Iosephus: Deus quid facturus est pro fidelibus suis si tantum fecit pro infideli. Cumque redisset alexander in babylonem sumpto veneno vsu lingue amisit et extremam voluntatem suam scripto expressit. Et noluit monarchiam suam in aliquem transferre ne aliquis par ei in potentia apud posteros legeret et xij. que ab adolescentia sua socios habuerat regni successores instituit. Hęc aut institutio non stetit. Nam iiij. ex his tantum alijs abiectis regnauerunt sicut in historia danielis est comprehensum. Mortuus est autem cum esset annorum xxx. duorum et xij. annis regnauit. Et dicitur a quibusdam quod xij. alexandrias edificauit pro numero annorum quibus regnauerat. Ipse in amone perdidit parathoniū i. virtutem sue indicium scilicet arcum triumphalem.

**De tholomeo sother. Cap. VI.**

## Regnauit p<sup>o</sup>

eum in egypto ptolomeus que cognominatus est sother. Qui cum regno suo adiecit set syriam apposuit ut adieceret et iudeas. Et ascendens in hierusalem die sabbati sciens eandem die iudeos arma non moturos sub simulatione sacrificandi deo nullo contradicente intravit. Tunc secundum iosephum ut ait ouidius sabbatar chides iudeos ridiculos appellauit que pro superflua substitutione que dominium sustinuerunt



Pholome<sup>9</sup> nāq; multos de iudca 7 gari-  
cim captiuos trahēs ad egyptum redijt. Et  
venditiōi exponēs eos a negociatorib; nati-  
onū distracti sūt 7 dispersi. Et p hanc capti-  
uitatē licet nō fuerit generalis. diffusi<sup>9</sup> di-  
spersi sūt ī nationes. An̄ in actib; aploꝝ le-  
git. cōuenisse ī hierl̄m iudeos ex omni nati-  
one que sub celo ē. Jado pontifici successit  
fili<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> onias. cui successit filius eius simon  
iustus. cui successit frater suus eleazarus. p  
onia filio simonis adhuc puero.

## Incidentia.

Eo tpe apius claudi<sup>9</sup> cec<sup>9</sup> romę claruit.  
q̄ aq̄s claudias. alias calidas induxit. 7 viā  
apiam strauit. Theophrat<sup>9</sup> pb̄us claruit q̄  
a diuinitate loquē-  
di vt ait cicero no-  
men accepit. cēsu ro-  
mę agitato inuenta  
sunt ciuiū. cc. lxx. milia. conditę sunt a roma-  
nis ariminū 7 beneuentū.

De pholomeo philadelpho.

Capitulus. VII.

**Est pholome**

um sother regnauit ī egypto phila-  
delphus. Hic studiosus 7 librorū cupidus.  
demetriū bibliothecę suę p̄fecit. Lunq;  
quesisset ab eo de numero librorū. xx. mi-  
lia adesse respondit. sed paulo post tpe vsq;  
ad. l. milia posse puenire dixit. Et nūciatus  
libi dixit apud iudeos esse leges ore ipsius  
dei editā. 7 digito ipsi<sup>9</sup> scriptas. p qua sum-  
mope laborādū esse dicebat. vt in gręcū cō-  
uerla eloquium ī archiuis regalib; habere-  
tur. Hęc enī erat lex dei quē philosphi ce-  
na dicūt. id est. viuētē. ceni enī viuere vel  
vitas sonat. quem vulgus appellat iouem.  
Et ad ostendendā legis eius sanctitate. ad-  
didit. q non nisi a dei viuētis cultoribus  
trāfferri potuisset. Nā 7 theopomp<sup>9</sup> cum hi-  
storijs quas scribebat eam voluisset interse-  
rere. versus ē in amentiam p dies. xxx. The-  
otecus q̄ p causa eadē fact<sup>9</sup> est cecus. et pe-  
nitentes sanati sūt. Et suggessit regi vt scri-  
beret pōnifici iudeorum. vt iudeos hebreę 7

grece lingue peritor ad ipsū dirigeret cū le-  
ge dei. q̄ ad eā transferendā sufficerēt. Qd  
vt impetraret munera cum epistolis mittē-  
da censuit. Aderat ibi aristens. qui longo  
tempore iudeoꝝ calamitati cōpatiēs opor-  
tunitate liberandi eos inuēta ait. Quō qd  
postulas obtinebis. tot iudeis ī regno tuo  
seruientib;: Solue itaq; eos et nihil grati<sup>9</sup>  
erit pontifici iudeoꝝ. Nec ob hoc qd dico  
me iudeoꝝ affinem estimes. sed q̄ iicio tua  
īteresse. si factorē omniū deum honoraues.  
Et liberauit rex de iudeis. c. xx. milia. dans  
dominis eorū p capite. c. xx. dragmas argēti  
Lūq; dixisset rex hoc magnus esse. dixerunt  
Magnū quidem est sed non regi munifico  
Lūc sc̄psit rex eleazar o ī hunc modū. Sen-  
tem tuam q̄ secus nos erat libertate donauit  
arbitrans hoc deo esse iocundum. quorum  
quosdā militię assignaui. alios quoꝝ fides  
approbauerā cōstitui in palatio. Leges ve-  
ro vestras ī nostra bibliotheca reponere de-  
creui. Bene ergo facies mittendo nobis vi-  
ros seniores. qui valeant interpretatiōes earū  
caute nobis relinquere. Trāsmisi modo ar-  
genti. c. talenta. p imolationibus faciendis  
7 separaui. l. talenta auri ad crateras 7 liba-  
toria facienda. et gemmas sine numero ad  
artificum optionē. Tu māda nobis. que ex  
his volueri fieri. quod grati<sup>9</sup> amplectemur  
Lūc mittens ad eum eleazarus. quod po-  
stulabat resp̄sit ita. Ad interpretandas legē  
quam postulas misi viros seniores de vna  
quaq; tribu. vj. legē  
ferentes. Tūc antē  
pietat<sup>9</sup> erit vel iusti-  
cię. ad nos eā caute  
remittere. Hi sunt  
lxx. interpretes q̄ lxxij  
fuerint more sacre  
sc̄pture. lxx. dicūt q̄  
modicus numerū li-  
sup aliquā summā  
supercrecit sepe sub-  
ticet. Quiq; venis-  
sent ad regem benigne ab eo collecti sūt. nō  
tū ad regem intromissi vsq; in diem q̄ntū.

Quia et si decem tri-  
bus eapte fuerit mul-  
ti tū latuerāt q̄ fuge-  
rāt in hierl̄m. quidā  
etiā ad samaritanos  
ppter quā cōmixtio-  
nē samaritani dixe-  
rūt se esse hebreos. vt  
sup capit. iij. p idē  
tempus.



Imminebat enī ea die solēnitas triumphalis p̄ triumpho scz quodā. quē maiores sui ea die habuerāt. Ea igit̄ dies suscepit eos q̄s corā vniuersitate p̄ncipū decreuerat honorare. Post̄ susceptionē hō duodecim diebus fuerūt cū rege. 7 sciscitat̄ ē ab eis q̄ in corde suo disposuerat. 7 p̄cipue de duobus de cognitione dei. 7 gubernatiōe regni. Cū q̄ instruxissent eum de regni administratiōe plen̄ disputauerūt de vno deo colendo. 7 q̄ nulla creatura de⁹ esset. Inde ē q̄ vbiq̄ occurrit eis de trinitate. v̄l sub silentio trālerūt. vel in enigmate transulerūt ne tres deos colendos tradidisse viderent. Similiter 7 de incarnatione verbi. facientes vt in esaia. Qui cum dixisset puerū nobis nasciturū. 7 addidisset. vj. ei⁹ noīa quoz vnū est de⁹. pro illis sex noīb⁹ trāstulerūt magni p̄sily angelus ne viderent tradidisse hōiem deificatum. Tūc oñderūt regi rotulum quem attulerāt. Nec sufficiebat admirari rex chartarum tenuitatem 7 cōpagnationē. q̄ oculis deprehendi non posset. q̄q̄ litterę aureę in cādore chartarū a deo legibiles apparerent. Introducti aut̄ sūt ī domū regī sec⁹ mare secretas q̄ erat ad negotioꝝ deliberationem. Et date sūt eis cellę singulę. et q̄cqd̄ visū ē eis oportunū 7 cōmodū ad iterptāduz. Diluculo egrediebant̄ ad optādū regi bona 7 policronitudinem. Tūc lauabāt se ad mare h̄m purificationē iudeoz. postea interpretabant̄ vsq̄ ad horam nonaz. Inde

Uñ in esaia. 7 vocabit̄ nomē ei⁹ amirabilis p̄sily. deus fort̄ pat̄ futuri secl̄i p̄nceps pac̄. Pro his oīb⁹ trāstulerūt magni p̄sily āgelus q̄ trāstulatiōe vsus ē gregori⁹. q̄ eccl̄iasticū officii ordinauit q̄ trāstulatione v̄rit̄ vbiq̄ vel posteri vel alteri⁹ autoritatē iudicat. cū tñ eccl̄ia trāstulatiōe hiero. vel vulgari v̄tat̄ in his omnibus.

Policronitudo d̄z ozo q̄ fit ab eccl̄ia p̄ regib⁹ pontificibus p̄ncipib⁹ fr̄e 7 optat̄ eis bona sp̄ualia. et temporalia. 7 et̄na 7 temporis longitudi-

transibant ad cib⁹ 7 requiē 7 p̄sumant̄ runt opus. lxx. duobus dieb⁹. Uñ quibusdā visū est q̄ nō trāstulerūt tunc nisi penthateucum. Postea vero vel postq̄ redirent. vel post aliq̄ ex eis ad regē redeūtes trāstulerūt psalmos 7 p̄phas. Verūtñ si miraculose factū ē vt dicit aug⁹. q̄ vna 7 ea de⁹ sine dissonātia iuenta sit editio vniuscuiusq̄ eoz min⁹ miraculose fieri potuit. vt ī tot dieb⁹ interpretati sint legē psalmos 7 p̄phetas. Hiero. tñ videt̄ velle. q̄ iterptatio. nes. vj. diez ī sabbato p̄ferebāt ex oīb⁹ p̄st̄tes vnā. Nec mirādū esse h̄ asserit. cū esdras legē quā p̄ sp̄m̄ repauerat. postea cū v̄tere scriptura q̄ ap̄d samaritanos erat correxit. Opere p̄pleto puocauit demetri⁹ q̄ sup libros magister erat oēs iudeos q̄ erāt ī alexādia. 7 de puicia peritiores. Et lecta ē corā oīb⁹ trāstulatio eoz 7 approbata. Postea delata ē ad regē 7 corā eo replicata. Cūq̄ peterent interpret̄es a rege dari autoritatē vt īmobilis p̄seueraret. h̄ se facturū laudauit. si demū ita caute corrigerēt eā. vt qd̄ semel indicatū foret. nō cogerēt irritare. Et remisit eos munerib⁹ honoratos. Elea caro q̄ sūmo sacerdoti trāsmisit munera. In tēplū hō misit p̄ter vasa mensā aureā. gemis īp̄ciabilibus insignitā. cui⁹ crassitudo cū esset dimidi cubiti. tñ materiam supabat opus.

## Incidentia

Lo tempore sostrat⁹ farum ī alexandria cōstruxit. arat⁹ claruit. at̄ gēteus nūm⁹ p̄m⁹ in vrbe figurat̄. Romanos carthagineses nauali p̄elio vicerunt. metallo cōsule fugato. Hoc fuit vnū d̄ mirabilib⁹ mūdi vt dicit̄ plini⁹. Pharus enī erat turris altissima in litore maris sita. nō ī terra fūdata. s̄ sup cancos. iij. vitreos posita. 7 tantę magnitudinis. q̄ ignis ī summo posit⁹ ī nocte totū fere litus irradiabat.



Sepulcrum arati admiratione in cilicia est dignum. nā in id saxa iactata resiliunt.

De evergete. Capitulū. VIII.

**Est philadel**

phum regnavit frater eius ptho-  
lomeus evergetes. q̄ ab egyptijs evergetes  
dictus ē. qd̄ refectioez sonat. qz post vasta-  
tā syriā 7 ciliciaz 7 ptes alię inter innumera  
spolia q̄ cepit. etiā deos eoz q̄s cābises ī p-  
las tñ suerant reuexit

Judeorum pontifex  
onias simonis iusti  
filius. cui successit si-  
mon filius eius. sub  
quo iesus fili⁹ sirach  
librū sapiētię q̄ eccle-  
siastic⁹ dicit⁹ p̄posuit  
quem greci panare-  
thon vocant. Et p̄re-  
dicti simonis ī eo fa-  
cit mētionē. Porro  
onias cum tributa  
negasset evergeti. ce-  
lo legis vel potius ex  
avaricia. vt dicit io-  
sephus qui eum in  
honoribz fuisse testa-  
tur. compulit regem  
in irā. Et missus est  
legatus a iudeis eti-  
am inuito onia ad  
regem. Joseph⁹ vir  
nobilis tobię filius  
et sororis onię.

Hic habuit filium  
hircanum. cui⁹ duz  
puer esset. pbavit pa-  
ter prudentiā. tradēs  
ei. ccc. iuga bōū sine  
loris. Qui nō soluz  
pacē reformavit. sed  
remissus ē a rege dux  
iudeę. 7 finitimaruz

A pan qd̄ est totū 7  
arethon qd̄ ē xtus  
q̄si tot⁹ xtuosus.

Tres libros salomō  
fecit. Ecclesiasten q̄  
sic incipit. Vanitas  
vanitātū. parabolas  
sive puerbia q̄ he-  
braice na slot dicūt  
Lātica cāricoz. Est  
7 q̄rt⁹ cui⁹ dubitat⁹  
autor q̄ p̄pe d̄z liber  
sapiētię. 7 icipit. Di-  
ligite iusticiā. Est q̄n-  
tus q̄ ecclesiastic⁹ d̄z  
quez cōposuit iesus  
fili⁹ sirach. Quilibz  
istorū d̄z liber sapiētię  
qd̄ ī eplis notari pōt  
ab his libris sūptis.  
Ideo aut̄ hāc appel-  
latiōez sortiti sūt. qz  
iqlibet istorū sapiē-  
tia itroducit loquēs  
vl̄ qz mores iformāt  
vl̄ qz de salute salo-  
mōis. p̄pter idolatri-  
am dubitatur.

In fecit boues et co-  
medit carnes. 7 d̄ co-  
rijs fecit lora. 7 semi-  
navit terram.

**Incidentia.**

Ho tēpore enni⁹ tarētīn⁹ a cathone que-

stoz romam translatus ē. parco sūpto con-  
tent⁹. Et vnus ancillę mīsterio. Quadra-  
gīta ferme milia gal-  
lorū a romanis cesa  
sunt. Apud rhoduz  
collosus magn⁹ ter-  
remotu corruit.

Ymago maxia erat  
mirę magnitudinis  
vt sagitta ad simuz  
dirige nō valeret. 7  
caput eius tātę ma-

gnitudinis. q̄ capere pōterat. xxx. choros gra-  
ni. 7 in īferiori pte in pedibz aptura erat vñ  
pōterat homo itrare 7 ascendere in caput.

De philopatre. Capitulū. IX.

**Est evergetem**

reguit fili⁹ ei⁹ ptholome⁹ philopa-  
ter. Post quē ptholome⁹ epiphanes. Post  
quē ptholome⁹ philometoz quez vicit rex  
syrię antiochus magn⁹ 7 iudeā sibi subiū-  
gavit. Pontifex iudeoz fuit onias magn⁹  
simonis fili⁹. Ad quem ad repandū fedus  
quod legit⁹ fuisse iter abraā 7 maiores suos  
lacedemonioz rex arius legatos misit. Por-  
ro antiochus rex tributa. vii. āni 7 mīstroz  
templi q̄ philadelph⁹ relaxauerat a iudeis  
reuocavit. Qui dū finitimas regiones sūp  
moduz infestaret. delata est res ad romanos  
Et missi sunt ad eum scipio nasica et scipio  
africanus. et ab infestatione sub religione  
iurifinrandi amouerunt eum. Insuper tulerunt  
ab eo obsidem filium eius seleucum p̄-  
mogenitum. quē volens recipere ab eis tra-  
didit pro eo filium minozē natu antiochū  
epiphanem. ita q̄ esset obses perpetuus. i-  
nō rediturus. p̄pter eiusdem antiochi senia-  
am. Descendit onias in egyptū ad ptholo-  
meuz epiphanem sicut supra dictum est. et  
occisus ē in perside antioch⁹ in fano nanee  
7 mēbratim eiect⁹ a sacerdotibz. Qui ī dolo  
pmiserant ei thesauros. 7 cum paucis indu-  
xerunt eum in aditum.

De seleuco Capitulū. X.

**Est antiochuz**

magnū regnavit in syria fili⁹ eius  
maior seleucus pessim⁹. s̄ iners. Pontifex  
iudeoz fuit onias. Naz onia transeunte in



egyptū. filius ei⁹ simon sedit p' eo. Cui suc-  
cessit fili⁹ eius onias. Sub h' misit seleucus  
nūciū heliodorū in hierl'm ad spoliandum  
cōmune grariū tēpli

Quo īgresso ī tēplū Nō vasa s' tonaria  
surrexerūt duo iuue in vsu templi.

nes de latibulis ⁊ oc-  
ciderūt euz. Videt tñ ioseph⁹ velle āgelos  
fuisse ī similitudinē hōiū. In secūdo ma-  
chabeorū libro legit. qz apparuit terribilis  
fessor equi ⁊ cōculcabat eū ⁊ fractus est. ⁊  
mutatus fact⁹ sed nō mortu⁹. ⁊ duo iuuenes  
decoziū flagellebant eā. Timēs qz onias indi-  
gnationē selenci. orabat ad dñs p' defūcto ⁊  
resurrexit. Qui rediens ad regē ait. Si ha-  
buerit dñs me⁹ aliq's qz sitiat sāguine. mit-  
tat eos ī hierl'm vt spolient templū.

## Incidentia

Lo tempore aristotol⁹ natiōe iudē⁹ peri-  
pateticus pbūs scpsit cōmētarios explana-  
tionū ī moysen p'thō lomeo philometori.

## De antiocho epiphane

### Capitulum. XI.

## Adiens autē

antiochus epiphanes q' romē ob-  
ses erat p' patre p'zem mortuū. sciensqz fr̄is  
inertiā. de regno syriē habendo p'sumēs. clā  
romā egressus est. Licet quidā tradāt eum  
sub cōnientia senatorū rediisse. Reuersus  
qz in syriā benignū se oib⁹ ⁊ munificū expo-  
suit. Strenuus erat in agendis. ⁊ acer in ho-  
stes. An⁹ ⁊ a pplo cognoīatus ē epiphanes  
qd' sonat illustris. Et mortuo fratre regna-  
uit p' eo. Tunc iniq'tatē sibi insitā aperuit.  
quā p' regno obtinēdo palliauerat. Tunc  
surrexerunt ī hierl'm filij belial. ītroducētes  
ritū gētiū. ⁊ petierūt ab antiocho vt faceret  
in hierl'm ephēbiam. i. lupanar ephēborū  
⁊ q' hierosolymite scriberēt ātiocheni. ⁊ gim-  
nasia. ī q'bus dogmaticabāt de ritu gētilita-  
tis. Et fecerūt sibi p'putia. i. non circūcide-  
bant parvulos suos. v' qz ritu p'putiatorū  
vinebāt. Quidā tñ volūt. q' quedā velami-  
na fecerūt circūcisioni suē. vt ī denudatiōe  
grēcis apparerēt dissimiles. Causa hō hui⁹

flagicij h' fuit. Onias sine libēris duos ha-  
buit fratres. iesum vel oniam ⁊ iobānē. qui  
cōtendebant de pontificatu. ⁊ vt placerent  
antiocho. declinauerūt ad ritus gētiū. adeo  
vt etiā noīa gentiū sibi īponerent. Et iesus  
dictus ē iason. vel onias. iobānes hō mene-  
laus. Cūqz plures essent cū iasone. supplica-  
uit antiocho de faciēdo gymnasio ī hierl'm  
Et audierūt eū viri pessimi culpabiles in ci-  
to et violatione sab-

bati ⁊ h'mōi. Postea  
antioch⁹ amouit ia-  
sonē. ⁊ eleuauit me-  
nelaum. Qui secu-  
tus est oniam in an-  
tiochiaz. Dicenim  
cuz vidisset facinus  
fratrum. descenderat  
ad regē. si posset mu-  
tare animum regis.  
Quod cū nequiret  
sedebat ī antiochia  
in asilo. Et veniens  
post eum menelaus  
suasit andronico. vt  
occideret oniam. Qui  
enocans euz de asilo  
occidit eum. Et irat⁹

rex p' morte iusti. andronicū exiit purpura  
⁊ flagellum p' ciuitatē ī eodē loco fecit iter-  
fici. vbi ille occiderat oniam. Porro antio-  
chus cuz percussisset egyptū ī dolo ascendit ī  
hierl'm. ⁊ p' diuisione. i. dissensione ciuium  
ad libitū fecit ī ea. ⁊ percussit multos ī hierl'm  
⁊ lugebat oīs terra. Cūqz rediisset ī egyptuz  
⁊ esset repulsus per  
nuncios romanorū  
post bienninz redijt  
ī hierusalē infurore.  
Et aperuerūt ei por-  
tas fauentes sibi. Et  
interemit p' traria sentientes. ⁊ expoliavit tē-  
plum menelao ductore. tollēs vasa ⁊ lucer-  
nas mēsa ⁊ sacrariū. ⁊ vnaꝝ aureā. A velis  
qz nō abstinnit. Et posuit ī tēplo idolū ionis  
olimpici vel hospitalis v' pegrini. Oblatio

Dicit aug⁹. q' ignis  
sacrificij q' p' lxx an-  
nos babilonicē cap-  
tinitatis s'ba q's vix-  
erat extinct⁹ ē. antio-  
cho vendēte sacerdo-  
tium n' iasoni.

In scdo tñ macha-  
beorū libro d' sol⁹ ia-  
son fuisse frater onie  
⁊ menelaus frater cu-  
iusdā simonis q' ī ui-  
dens onie p'suasit se-  
leuco de cōmuni gra-  
rio spoliādo de quo  
supra dictū est.

Infra h' bienniu vi-  
si sūt ī hierl'm in aere  
p'flic⁹ equitū q'dra-  
ginta diebus.



nes in osaycas fieri prohibuit. altare eorum amouens. et carnem suillam edere. et idolo immolare coegit iudeos. arcemque muniuit in ciuitate dauid. in qua posuit presidium macedonum qui iudeis erant in omnibus inhumani. Nam quoscumque circumcidisse filios suos reperissent suspendebant. et paruulos ad colla eorum. Videntes autem samaritanos iudeos hec pati de consuetudine nature sue. se non esse cognatos iudeorum fatebantur. et quod hactenus predicauerant templum super garizim dei esse maximum negauerunt. scribentes antiocho in hunc modum. Deo epiphani relatio aschimitis sydoniorum. Maiores nostri propter pestes quadam substitutione sabbatorum secuti sunt. edificantes in garizim templum sine nomine. veniuntque indices vestri ad nos et similia iudeis nobis inferunt. dum ab initio sydones esse noscamur. Cobite indices tuos ab afflictione nostra. et templum super garizim in nomine greci iouis vel ancuris. in hospitali petimus dedicari. Et adiudicauit antiochus facere petitiones eorum.

**Sequuntur tituli capitulorum in historia Machabeorum. Libri primi.**

De machabeis.	cap. j.
De preliis iude machabei.	ca. ij.
De purificatione templi	ca. iij.
De preliis iude.	ca. iiii.
De morte antiocho eupatoris in iudea.	ca. v.
De demetrio et nicanore.	ca. vi.
De federe iudeorum cum romanis.	ca. vii.
De morte iude.	ca. viii.
De ionatha.	ca. ix.
De alexandro.	ca. x.
De demetrio cretensi.	ca. xi.
De antiocho adolescente.	ca. xii.
De simone.	ca. xiii.
De antiocho demetrii filio.	ca. xiiii.
De morte simonis.	ca. xv.

**Incipit historia libri machabeorum.**

**Capitulum I.**

**Hinc multi**

iudeorum sponte quidem timore regis iussa secuti sunt. probati vero patris legibus ad hereditatem. Erat autem vir de modin modico iudeus

vico sacerdos nomine mathathias. filius iohannis filii simonis filii asamonei. de vice iochim. in vniuerso illo tempore. quos dauid elegit. et in eundem modum dicitur esse zacharias de vice abia. Erantque ei filii quatuor. Iohannes. Simon. Judas Eleazarus. et Ionathas. et quoscumque suo cognomine cecebat. Sed sufficit de iuda dicere. quod dicebat machabeus. Hi videtes mala. induiti cilicis planxerunt. Et venerunt emissarii directe a rege in modin. statuentes idola in loco quibus cogere iudeos immolare. Et dixerunt mathathiei. Princeps es in ciuitate hac. et prior iussa regis imple. Qui clamauit. Et si omnes obediunt regi. ego et filii mei et fratres mei obediemus legi dei celi. Non sacrificabimus. Tunc quidam ex iudeis immolauit in medio. Et surgens mathathias cum suis trucidauit eum super aras. et nuncios regis interemit. a ramque deponens clamauit. Qui dei est sequatur me. Et cum omni tribu sua abiit in solitudinem. omnia relinquens. Multique cum filiis et vxoribus ad solitudines confugerunt. malentes herbis vti quibus inquirari. Quos indices regis prius habebat flectere conabantur. ut eligerent quos prosumt. ne eis tanquam hostibus vterentur. Qui noluerunt eos audire. Tunc emissarii regis aggressi sunt eos in diebus sabbatorum quibus nephas erat eis arma mouere. et percusserunt quosdam. Alios in speluncis globis fumiferis suffocantes. Et perierunt ex eis tria milia. alij habent solum mille. Plures autem liberati adiuncti sunt mathathiei. et in iudicio sibi statuerunt. Qui docuit eos pugnare in sabbatis dicens. Si super hanc legem seruabitis. eritis hostes legis. dantes causam ut pereat populus dei. et lex cum populo prohibet. Et exinde dicit. Iosephus permanet nobis consuetudo pugnandi. etiam si tali die bella surgunt. Colligensque mathathias armatos. aras deposuit idolorum. et immolantes quos potuit interemit. pueros non circumcisos iussit circumcidi. Et anno vno hunc gessit magistratum. Cumque grauiter egrotaret. conuocans filios ait. Ego decreta proficiscorum via commendo vobis patrias leges. ut pro eis gratamente moriamini. Nam corpora mortalia sunt. sanctorum vero monumenta immortalia.



tatis consequuntur. Concordiam habete et simonem propter sapientiam in consilijs habete patre. Judas vero propter fortitudinem ducem in armis. Et mortuus est mathathias et sepultus in modin. Et planxit eum israel planctu magno. Et surrexit pro eo iudas machabeus filius eius. et factus est quasi leo defensor israel clipeo suo.

## De preliis iude machabei.

### Capitulum. II.

## Hinc appollo-

ni dux samarie. in xrtue magis egressus est in iudeam. Judas autem occurrit ei. et percussit eum. multosque cum eo. et reliqui fugerunt. Tulitque spolia multa. et gladium appolloni. et pugnans in eo omnibus diebus victus fuit. Seron autem dux inferioris syrie. audiens iudam roboratum tulit sub se constitutos. et iudeos transgressores et castrametatus est in bethsura. Et occurrit ei iudas. et videns suos propter paucitatem et ieiunium. desides hortabatur eos non in multitudine sed in pietate confidere. Et confligens cum syris duce eorum interfecto. persequeretur fugientes in descensu montis bethoron usque in campum. Et ceciderunt ex eis. ducenti viri. Josephus dicit. vij. milia. Reliqui fugerunt ad maritima loca philistinum. et cecidit timor iude super gentes. Audiens hoc antiochus congregavit omnem propriam virtutem multos ab insulis mercede conduxit. Cumque militibus stipendia distribueret. vidit thesauros deficere. Non enim ei omnia tributa reddebantur propter seditiones gentium. et deliberavit ire in persides. et accipere tributa regionum. Et reliquit lissiam de genere regali super negotia regni. ab eufrate usque ad fines asie inferioris. et ut nutrirer antiochus filium eius donec rediret. Et tradidit ei medietatem exercitus et elephantes. precipiens ut vastaret iudeam et everteret hierusalem. et genus iudeorum extirparet. Ipse vero abiit in persidem egressus ab emath. quam reparans antiochiaz nominavit. et pambulavit superiores regiones. Lissias vero elegit ptholomeum nicanorem. et gorgiaz. viros potentes ex amicis regis. Et

misit cum eis. xl. milia peditum. et septem milia equitum. ut venirent in terram iuda. et applicuerunt in emaus. in loco campestris. Et supervenerunt syri eis ad auxilium. et multi transfuge iudeorum. et negotiatores quidam sperantes se iudeorum emere captivos. Judas vero cum exercitu venit in masphat et hortabatur suos spem ponere in deum dimittens secundum legem noviter uxoratos. et qui possessiones paulo ante adquisierant. Et assumpsit gorgias quinquaginta milia virorum. et tria milia equites electos. ubi alij habent unum mille equitum et egressi sunt circa solis occasum. ut per noctem irruerent super iudam. Quod presentiens iudas. statuit et ipse castra hostium latentem inuaderet. et focos plurimos in castris de relinques. puenit ad campestris emaus. Gorgias vero neminem in castris iudeorum inueniens. arbitrans eos fugisse in montes. querebat eos in montibus. Diluculo apparuit hostibus in castris iudas cum tribus milibus plus vel minus utcumque propter paucitatem. Cumque inopinatos hostes inuaderet. multos occidit. reliquos persecutus est usque ad gessionon. et campos idumee et acoti. Et ceciderunt ex eis tria milia. Judas vero dicebat suis predam contemnere. dum adhuc pugna in gorgiam superesset. Videntes autem quod cum gorgia erant castra suorum incensa. nam fumus a longe hoc eis indicabat. scientesque suos in fugam versos. et ipsi terga dederunt. Judas vero post plenitudinem victoriae tulit spolia multa hostium. ad propria remeans et laudans deum. Et adhaeserunt iude plures. et fuerunt cum eo circiter decem milia virorum. Sequenti vero anno congregavit lissias exercitum. xl. milia virorum. et v. milia equitum et venerunt in iudeam. Et occurrit illis iudas in bethoroth cum decem milibus. et statim percussores prosternens. congressus est cum eis. Et ceciderunt de exercitu lissie quinquaginta milia virorum. Et attendens lissias iudeorum audaciam. et times eorum desperationem. nisi eis vivere cum libertate licuisset. rediit antiochiam. praesidia congregans peregrinorum. ut cum maiori apparatu rediret in iudeam.



## De purificatione templi Capitulum, III.

### Et iens igitur

victis antiochi ducibus persuasit iudas populo. ut ascenderet hierosolymam templumque mundarent. Et inuenientes templum desertum. et in eo frutices pullulasse. planxerunt planctu magno. Et elegit iudas milites qui expugnarerent eos. qui arcem presidij custodiebant. Quibus ipse templum a feditate purgaret.

Quod diligenter emundans introduxit vasa noua candelabrum et mensam. aramque ex auro factam. Et posuit vela in ingressu. et ianuas restaurauit. et deponens altare quod statuerat antiochus de lapidibus nouis aliud edificauit. et enceniatum est templum. xv die decembris. Que

dedicatio stetit in posterum alijs duabus habitis in dissuetudine. De hac dictum est in euangelio. Facta sunt encenia in hierosolymis. et hyems erat. Et obtulerunt holocausta in nouo altari. et adoluerunt incensum de veteris altaris calculi igne. concepto. Et accenderunt luminaria multa. et dixerunt festum luminum. vel propter multitudinem luminarium. vel quia tunc illuminauerat eos de sedentes in tenebris. Et statuerunt iudam summum sacerdotem. Facta sunt autem hec post tres annos quibus templum manserat prophanatum secundum danielis prophetationem. quam ante. cccc. annos ex octo predicauerat. Et sollempnicauerunt. viij. diebus sub umbraculis secundum ritum senoplegie. memores quod paulo ante in speluncis habitauerant. statuentes

ut posteris per. viij. dies hanc renouationem templi celebraret. Unde iosephus ait. Ab illo tempore et hactenus

Et eadem die qua destructus fuit templum eadem die reuoluitur tribus annis reedificatum est.

Una salomoni in edificatione templi. secunda neemie in reedificatione.

Nota quod habes festum iudeorum per octiduum. quod non obest. quia non fuit festum ex lege.

illam festiuitatem celebrant vocantes eam lumina eo quod propter spem lumen nobis religionis apparuit. Tunc construxit iuda murum in circuitu ciuitatis. et edificauit turre. custodes in eis deputans. Sed et bethsuram munuit. ut ea pro castello aduersus hostes vteret. arcem tamen presidij nondum obtinuit.

## De preliis iude. Capitulum, III.

### Quo gentes finitime

reparationem hierusalem et robur iudeorum egre ferebant. et persequerentur eos. Quos iudas viriliter debellabat. et percussit idum eos plaga magna. Et pugnavit contra thimothem ducem filiorum amon. et fugauit eum et vastauit iacer. et rediit in iudeam. Et congregate sunt gentes que erant in galaad aduersus iudeos. qui erant in finibus eorum. Qui fugientes in theman. miserunt ad iudeos ut ferret eis auxilium nunciantes quod festinaret. thimothus capere locum in quem profugerant. Cumque adhuc legerent epistolam superuenerunt nuntii a galilea. indicantes congregari eos qui erant in ptholomaida et tyro et sydone aduersus iudeos. Ergo utrobique hostibus nunciatis. misit iudas simonem fratrem suum cum tribus milibus electorum in solatium galileorum. Ipse vero cum ionatha fratre suo. et viij. milibus exiit in galaaditidem. relinquens in iudea iosephum et achariam duces. ut seruarerent iudeam. sed cum nullo hostium interim bellum committeret. Et venit simon in galileam. et pertrixit gentes ab eo et persecutus est eos usque ptholomaidem. et tulit spolia eorum. et iudeos quos traxerant captiuos. et rediit in iudeam. Judas vero et ionathas transeuntes iordanem. ambulauerunt viam trium dierum per desertum. Et occurrerunt eis nabuthxi et susceperunt eos pacifice. et narrauerunt eis quod acciderant fratribus eorum in galaaditide. et quod in multitudine tenerent comprehensi. Judas vero prius incendit bosorum et spoliauit. Et surgens nocte cum diluculo venisset ad obsidionem. vidit portantes scalas et machinas ut comprehenderent munitionem. Et venit post eos tribus ordinibus. et sonuit tuba. et castra thimothxi cognouerunt. quia machabeus esset. et fugerunt ab



eo. et ceciderunt ex eis fere. viij. milia. et vastavit iudas civitates gentium in galaaditide. Post hoc congregavit thimothæ exercitum alium. et sedit secus torretē. iudas vero abiit obviam illis. Et ait thimothæ principibus suis: Si transierit iudas ad nos. potēs poterit adversum nos. Si vero timuerit transire. et castra posuerit ex flumen. transiemus ad eum. et poterimus aduersus eum. Et transiit iudas torretē reliquens post se quod clamaret neminem remanere. Et triquetra gētes fugerunt ad pbanum quod erat in carnai. Iudas vero succendit pbanum cum omnibus que erant in eo. Tunc congregavit iudas uniuersos israelitas que erant in galaaditide. et uxores et paruulos ut venirent in terram iude. Tuncque venissent in effron. petierunt a ciuib⁹ transitum et noluerunt eis aperire. Et eradicauit iudas effron. et per eam transiit super interfectos. et erat iudas congregans extremos per totam viam et exhortans. Et transiit iordane ascenderunt in montem sion et obtulerunt holocausta quod nemo ex eis cecidisset. Et redierunt in eadem die iudas de galaaditide. et simon de galilea. Interim vero duz abierat iosephus et zacarias volentes sibi facere nomen. congressi sunt cum gorgia. et fugerunt. et ceciderunt de populo duo milia. et magnificatus est iudas in israel. qui quasi propheta habebatur. et predixerat iosepho et zacarie ne egrederent. Et vastavit iudas idumcos et philistinum. Et pertransiens samarias declinavit in acotum. et combussit aras et deos eorum et cum spolijs rediit in iudeam.

**De morte antiochi eupatoris in iudea. Capitulum. v.**

**Quoniam hec fieret**

in iudea. pambulabat antiochus superiores regiones. et audiuit esse civitatem elimaidem in perside opulentam. et templum in ea locuplex in quo erant velamina aurea et lorice et scuta que reliquerat alexander. et querebat predari eam sed non potuit. nam elimaites fugauerunt eum ignominiose. et nunciatum est in via ei. quomodo fracti erant principes eius in iudea. Et versus in furorē insit

agitari currum suum sine intermissione superbe intonans venturum se hierosolymam. et facere eam poliandrum iudeorum. Et statim apprehendit eum amar⁹ dolor viscerum et contigit eum in impetu eunte de curru cadere. et collisus est. Et manifestavit de⁹ in eo virtutē suam. ut quod sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare. et montium altitudines in statera appendere in gestatorio portare. Et ebullierunt vermes de carnibus eius et viuetes effluebant et fetore illius gravabatur exercitus. Tuncque nec ipse fetorem suum ferre potuisset ductus est ad agnitionem sui venire. et ait: Justum est mortalem subditum esse deo. et vouebat se liberaturum iudeos. et pares atheniensibus futurum. Pollicebatur quod se futurum iudicem. et in omni loco predicaturum dei potestatem. et desperans scripsit omnia hec ad iudeos. orans ut fideliter adhererent antiocho filio eius. Tuncque profiteretur se pati hoc propter templi violationem. miratur⁹ est iosephus polibium virum bonum dixisse ideo perisse antiochum. quia voluit templum diantē in perfide deuastare. Nam qui nullatenus egit peccatum sed tantum cogitavit. nullo reatu tenet. Hic patet secundum opinionem iosephi quia lex cobitebat manus. et non animus. Tunc vocavit antiochus philippum collactaneum suum. et constituit eum tutorem regni. dans ei diadema et stolam et anulum. ut ferret ea ad antiochum filium suum. et poneret eum super solium regni. Et mortu⁹ est antiochus peregre in motibus et miserabiliter. Quod cum accepisset lissias constituit antiochum quem nutrierat regem. et vocavit eum eupatorem. Tunc cogitavit iudas ut obsideret eos qui erant

Quique de causis puniit deus homines vel ad correptionem. vel ad maius meritum. Ad maius meritum ut iob. Ad conseruationem virtutum. ut paulum per angelum sathanam. Ad manifestationem glorie diuine. ut de ceco nato legit. neque hic. n. p. e. et cetera. Vel ostensionem inchoationis penę alicuius hic et permansurę in futuro ut in antiocho.



# Historia

in arce p̄sidiū. 7 fecit balistas 7 machinas et p̄fortauit aggerē. Tūc egressi sūt q̄dā d̄ ob-  
sessis. 7 adiūxerūt se illis aliq̄ ex ip̄ijs israel  
7 uenerūt ad regē et dixerūt: Quousq̄ non  
vindicas nos. q̄ decreuim⁹ h̄uīre p̄ri tuo 7 ti-  
bi: Ascende 7 libera obsessos tuos. 7 redde  
nobis hereditates nostras. Et irat⁹ rex uel-  
ment⁹ collegit exercitū. S; 7 de regnis alijs  
uenerūt ad eū p̄ductici. 7 erāt. c. milia pedi-  
tū. xx. milia eq̄tū. 7 elephātes. xxxij. Et ap-  
plicuit ad bethsurā. ut expugnaret eā. 7 reces-  
sit iudas ab arce 7 amouit castra contra ca-  
stra regis. Et ordinauit rex diluculo exerci-  
tū. 7 ostenderūt elephātis sanguinē uisū et  
mori. ad acuēdū eos in p̄griū. et astiterunt  
singulis elephātib⁹ ad custodiā mille pedi-  
tes loricati. 7 eq̄tes. d. et turres ligneę erant  
sup̄ singulos. 7 i turre. xxxij. uiri pugnātes de  
sup̄. 7 intus magister bestic. Et distēta ē ps  
exercit⁹ regl sup̄ mōtes. aliq̄ p̄ loca ibant hu-  
milia. Et resplēduit sol i clipeos aureos. et  
resplēduerūt mōtes ex eis. 7 apparuit iudas  
in p̄lio cū suis. 7 ceciderūt de exercitu regis.  
dc. uiri. Et uidit eleazar⁹ frat̄ iudę vnaz de  
bestijs ceteris eminētiorē. 7 arbitrās regem  
esse in ea. cucurrit p̄ hostes. 7 subiit elephan-  
tē 7 effodit eū in umbilico. 7 cadēs elephas  
oppressit eū. Tūc diuerterūt iudę a p̄lio. et  
ascendit rex post eos. 7 capta bethsura. posi-  
tisq̄ in ea custodib⁹ obsedit hierlm. 7 statu-  
it illuc balistas 7 machinas 7 ignis iacula.  
7 scorpis ad dimittēdas sagittas 7 fundi-  
bula. Escē aut̄ nō erāt i urbe. eo q̄ septim⁹ a-  
nus eēt 7 egressi sūt plures. Tūc audiuit li-  
sias q̄ philipp⁹ redierat a p̄side. et q̄rebat  
suscipe regni negocia. 7 suggessit regi dicēs  
Deficim⁹ q̄tidie. esca nobis modica ē. 7 mu-  
nit⁹ ē loc⁹ quē obsidem⁹. 7 incūbit nobis or-  
dinare de regno. Dem⁹ ḡ dextrā dōib⁹ istis  
statuētes ut ābulēt i legib⁹ suis. 7 h̄uiāt no-  
bis. Et facta pace iurauit rex 7 p̄ncipes ei⁹  
intrauit mōtē sion. 7 vidēs munitionē loci  
rupit iusiurādū. 7 destruxit murū in gyro.  
Et reuersus antiochiā. inuenit philippum  
dominātē in ea. 7 vi occupauit ciuitatem.

De demetrio et nicanoze.

Capitulum. VI.

**D**e tēpore exiit

demetrius seleuci fili⁹ ab urbe ro-  
ma. et ascendit in ciuitates maritimas et re-  
gnauit ibi. Hunc dum adhuc puer eēt pa-  
trius eius antiochus epiphanes priuaue-  
rat regno. 7 ascēdit in romā i accusationem  
patruī. Audiēs h̄o patruū defunctū redijt. 7  
plures receperūt eū. Sed exercitus ligauit  
antiochum et lissiam ut traheret eos ad euz.  
Quod cū accepisset ait: Nolite mihi osten-  
dere faciem eoz. Et  
occidit eos exercit⁹. Quia german⁹ mens  
7 sedit demetri⁹ sup̄ ē antiochus. non de-  
soliū patris sui. Tūc ceret me occidere eū.  
uenerūt ad regē im- sed vos occidite.  
pij ex israel. et alchi-  
mus aaronita dux eozū. qui uolebat fieri sa-  
cerdos. Et accusauerūt iudā dicētes: Per-  
didit iudas omnes amicos suos. et nos di-  
spersit de terra nostra. Mitte ergo uiruz  
cui credis. qui videat exterminium et uin-  
dicet nos. Et constituit rex alchimū p̄ncipē  
sacerdotum. 7 misit cū exercitu bachidem in  
iudēā. Qui misit nūcios ad iudam. 7 frēs  
eius in dolo loquentes de pace. Et nō attē-  
dit iudas sermonib⁹ eoz. Multi h̄o de p̄plo  
crediderūt eis dicētes: Homo sacerdos de  
semine aarō uenit. nō decipiet nos. Et egres-  
si sūt ad bachidem. 7 occidit ex eis sexagita  
uiros vna die. fm̄ illud: Sanguinē sancto-  
rum tuozū effuderunt in circūitu hierusalē  
7 non erat qui sepeliret. Alij fugerunt ab eo  
dicētes: Nō est ei ueritas 7 iudiciuz. Tūc  
recessit bachides a hierusalē. 7 applicuit in  
bececha. 7 multos ex eis qui a se refugerant  
occidit. 7 proiecit in puteū. Et cōmisit regio-  
nes alchimo relinquens ei adiutores. 7 ipse  
reuersus est in antiochiā ad regē. Tūc alchi-  
mus seducebat omēs uerbis. et ad libitum  
cuiq̄ loquēs subito manu valida transfu-  
garū circūsept⁹ ē. 7 fecit mala i hierlm plus  
q̄ oēs gētes. Qd̄ attendēs iudas. cessauit  
exire in regiones. 7 fecit uindictā i uiros de-



fertores. Vidēs autē alchimus q̄ nō posset  
indā sustinere redijt ad regem accusans in  
dam in multis. Et misit rex nicanorē q̄ cuz  
eo fuerat romę in iudeam mandans ei euer  
tere pplm. Et venit nicanor i hierlm cū exer  
citu 7 locut⁹ ē ad iudā in dolo verbis pacifi  
cis 7 salutauerūt se inuicē. Sed cū iudas in  
tellexisset insidias exiijt et refugit ad suos.  
Postea cōgressi sūt iuxta vicū capharsala  
ma 7 victus iudas fugit in ciuitatē dauid.  
Et egressi sūt sacerdotes ad nicanorē sup  
plicantes 7 ostendentes holocausta q̄ offere  
bant pro rege 7 irridēs spreuit eos 7 appo  
nens manū capiti iurauit. Nisi tradit⁹ fue  
rit mihi iudas cū rediero succendaz locum  
istum. Et recessit nicanor a hierusalem 7 ve  
nit in bethoron 7 suscepit exercitū syrię sibi  
destinatum. Et exiit iudas cum tribus mi  
libus post eū 7 cōmiserunt plius tertia die  
mēsis adar 7 contrita sunt castra nicanor  
et cecidit ipse primus 7 fugit exercitus eius  
armis proiectis. Et egressi sunt de castellis  
iudeę in circuitu 7 percusserunt eos vsq̄ ad  
vnum. Et caput nicanoris amputantes 7  
dexteram quā superbe extēderant suspende  
runt ea contra hierlm 7 linguā ei⁹ minuta  
tim incisam dederūt auib⁹ ad comedenduz  
Et statuerūt diē illā solennem omnib⁹ an  
nis. Et siluit tra iuda a plijs dies paucos.

**De federe iudeorū cū romanis.**

**Capitulum VII.**

**Hinc audiuit**

iudas nomen romanoꝝ 7 virtutes  
eorum quas fecerant in orbe et quos vole  
bant vel priuabant regno vel exaltabant 7  
q̄ cum amicis optime conseruabant amici  
cias 7 in omnibus istis nemo postulabat si  
bi diadema. Et fece  
rant sibi curiaz 7 ecc  
r. consiliū agentes.  
Et misit romam eu  
ptolemium filium io  
bannis 7 iasonem  
filium eleazar. Qui  
intranses curiā dixē

Respublica roma  
noꝝ p̄us regib⁹ tra  
ctabat q̄ p̄mu⁹ ro  
mulus secundus re  
mus postea per con  
sules tertio p̄ impe  
ratores quoz p̄m⁹

runt. Judas macha fuit iulius cesar.

be⁹ 7 fiēs ei⁹ 7 p̄pls in  
deoz miserūt nos ad vos statuere vobiscū  
societate 7 vt auferat̄ ab eis iugū grecoꝝ.  
Placuitq̄ hmo romanis 7 scripserūt fedenis  
formam 7 rescriptum in talibus eneis mise  
runt in hierusalem vt esset ibi memoriale i  
hunc moduz. Bene sit romanis et genti iu  
deoz in mari 7 in terra. Et pax in eternū  
Quod si institerit bellā romanis auxiliū  
feret gens iudeoz nō accipiēs stipendia  
a romanis. Idipsum faciēt romani iudeis  
Lūc scripserūt romani ad demetriū. Qua  
re grauasti iugum tuuz sup amicos nostros  
7 socios iudeos. Si ergo iterū adierit nos  
adūsū te faciem⁹ illis iudicium et pugna  
bimus tecum terra mariq̄.

**De morte iude. Capitulum VIII**

**Posterea cuz au**

i  
disset demetrius quia cecidit nica  
nor cuz suis misit rursū in iudeam bachi  
dem et alchimū 7 dextrum cornū cum il  
lis 7 applicuerūt exercitū ad hierusalem.  
Et surgētes abierunt in berea 7 iudas posu  
it castra in laisa cū trib⁹ milibus electorum  
Qui videntes multitudinē hostiuz timue  
runt valde et subtraxerunt se de castris nec  
remanserunt cum iuda nisi dccc viri. Sed  
7 iudas corde dissolutus ē nam bellū per  
urgebat eū nec habebat tēp⁹ p̄gregādi. Et  
locuti sūt ad eū qui residuerant. Nō pote  
rim⁹ cōtra eos s̄ liberem⁹ aīas nrās modo  
7 reuertamur ad fratres nostros 7 tunc pu  
gnabimus aduersus eos. Qui r̄ndit. Absit  
istam rem facere vt fugiamus ab eis 7 sup  
inducamus opprobriū glorię nostrę s̄ mo  
riamur in virtute propter fratres nrōs. Et  
congressi sūt cum hostibus et expugnabant  
eorū dextrum. Qui autez in sinistro cornū  
erant venerūt eis a tergo 7 ingrauatū est  
p̄glūm et cecidit iudas 7 ceteri fugerunt.  
Simon autē 7 ionathas fratres ei⁹ redimē  
tes corp⁹ ei⁹ ab hostib⁹ tulerūt illud i modū.  
Et sepelierūt i sepulcro patrū suoz. Et plā  
xit eum populus terre planctu magno et e



merferunt iniqui in israel. et facta est fames magna et tradidit se bachidi omnis regio. Et elegit bachides impios viros. et constituit eos dominos regionis. Qui persequuntur amicos iude. et congregati sunt amici iude. eligentes ionatham in ducem sibi.

De ionatha. Capitulum. IX.

## Surrexit iona

thas loco iude fratris sui. et querebat bachides eum occidere. Tunc ionathas cum suis fugit in desertum thecue. et misit fratrem suum iobannem ad nabutheros amicos suos. ut commodarent ei apparatus suos. qui erat preciosus. Et exiit filius camri. percussit iobanem. et tulit omnia que habebat. Post haec nuntiatus est ionathae et simoni fratri eius. quod filii cari facerent nuptias. et ducerent sponsam ex madaaba. et surrexerunt ad eos de insidiis et percusserunt multos in vindictam sanguinis fratris sui. et redierunt ad ripam iordanis. Et audiuit bachides et venit die sabbatorum in virtute magna. Et dixit ionathas ad suos: Ecce bellum ex adverso. a quo iordanis hinc et inde. et paludes et saltus. et non est locus divertendi. Clamate ergo in celum. et pugnemus. et commissum est bellum. Et ceciderunt ex parte bachidis mille viri. et reversus est bachides in fugam et reversus est in hierusalem. et edificavit in iudea civitates munitas. et posuit custodiam in eis. Et accepit filios principum regionis obsides. et posuit eos in arce hierusalem in custodia. Tunc precepit alchimus destrui muros domus sancte interioris. et destrui opera prophetarum. Tunc cepisset destruere. percussus est paralisi et mortuus est cum tormento magno. Tunc credidit bachides ad regem. et siluit terra iuda duobus annis. Post quos viri iniqui in israel redierunt bachidem in iudeam. Qui voluit comprehendere ionathan occulte sed non potuit nam innotuit consilium eius ionathae. Qui comprehendens. viros de his qui insidiabantur ei occidit eos. Et secessit ionathas cum suis in bethessi. que est in deserto. et confirmavit eam. Et ascendit bachides in virtute magna et obsedit bethessen. Et egressus ionathas reliquit simonem in civitate. et fecit sibi ionathas numerum. et percutiebat per noctem multos ho-

stius in tabernaculis eorum. Simon vero egressus de civitate succedit machinas. et pugnaverunt contra bachidem. et contritus est ab eis. Et iratus est bachides contra viros qui reducerant eum in iudeam. Et multos ex eis occidit. Quod audiens ionathas. misit ad eum legatos pacem componere cum eo. qui libenter accepit et iuravit se nihil mali facturum ionathae omnibus diebus vite sue. et reddidit ei captivitatem quam prius erat perdatum in terra iuda. et rediit in terram suam. Et cessavit gladius ex israel. et sedit ionathas in machinis iudicandi ibi populum. et exterminans impios ex israel.

## De alexandro. Capitulum. X.

### In tempore ascen

dit alexander filius antiochi epiphanes. et occupavit ptholomaidam. et regnavit in ea. Quod audientes demetrius congregavit exercitum. et misit ad ionatham ut secum faceret pacem. Et non cum alexandro. Insuper dedit ei potestatem congregandi exercitum. et obsides qui erant in arce iussit ei reddi. Et venit ionatham in hierusalem. et cepit innovare civitatem. munitiunt motum sion in circuitu. et fugerunt custodes quos posuerat bachides in iudea. Tamen in bethsura aliquid remanserunt. que erat eis ad refugium. Et audiuit alexander promissa que fecerat demetrius ionathae. et proelia et virtutes quas ipse fecerat et fratres eius. et scripsit ad ionathan dicens: Audivimus de te quod vir potens es et aptus ut sis amicus noster. et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tue. et ut amicus regis voceris. Et misit ei purpuram et coronam auream. et induit se ionathas stola sancta in die solenni scenophagie. et congregavit exercitum. et fecit arma copiosa. Quod audiens rex demetrius contristatus est.

Ab eo tempore ex quo antiochus epiphanes qui obses erat romae post mortem patris. fratre suo spreto demetrio. eius filio in regnum successit. contentio erat de regno inter successores fratrum illorum.



et remisit ad ionathan in hec verba. Mane te in amicia nostra. et nunc absoluo oēs iudeos a tributū. et potestatem arcis quę est in hierusalem do summo sacerdoti. et omnem animam iudeorum quę est in regno meo captiua reliquo liberam gratis. et quod oēs dies solēnes sint dies immunitatis et remissionis. et dies decreti circa illos. id est. tres ante solēnitatem. et tres post. Ptholomaidem et duas ciuitates confines eius do summo sacerdoti ad necessario sumptus sanctorum. et singulis annis. xv. milia siclorum argenti ad instauranda opa sanctorum. et ad innouandos muros in hierusalem. et in iudea sumptus dabunt de rationibus regis. Ionathas autem et populus non crediderunt ei. Et concupiscit eis in alexandro. et ferebant ei auxiliū omnibus diebus. Tunc congregauit rex alexander exercitum et mouit castra contra demetriū et fugit exercitus demetrii. et cecidit demetrius in illa die. Tunc misit alexander ad ptholomeū regem egypti dicens. Da mihi filiā tuā uxorem. Et acceperit ptholomeus. significans ut occurreret ei ptholomaidem. Et exiit ptholomeus de egypto et filia eius cleopatra. et occurrenti sibi alexandro in ptholomaidem dedit ei uxorem. Tunc alexander vocauit ad se ionathan. et veniens ionathas ptholomaidem inuenit gratiam in conspectu duorum regum. Et venerunt quidam pestilentes ex israel post eum. et accusabant. Sed non attendit ad eos rex. sed magnificabat ionatham et induit eum purpura et scilicet eum inter primos amicos. Sunt autem quattuor insignia regalia purpura fibula aurea. diadema et sceptrum et reuersus est ionathas in hierusalem cum gloria.

De demetrio cretetensi.

Capitulum. XI.

**Est tres annos**

venit demetrius filius demetrii a creta. Hic occiso patre in philo. fugit ad cretenses parentes maternos. Et resumptis viribus rediit in maritimam philisteorum et in syriam cheles. Et constituit apollonium ducem exercitus. qui perlocutus est ionatham in philo. Quia assumptis decem milibus egressus est de hierusalem. et ve-

niens ioppen. expulit inde apollonium. et obtinuit eam. Et ibat apollonius in acoth et insecutus est eum ionathas. et commiserunt prelium in campo. Et fugerunt equites apollonij in acoth. et intrauerunt fanum dagon. ut se tuerentur. Et succendit ionathas ciuitates et fanum. et eos qui erant in eo. et fuerunt de occisis in campo et successis in fano fere. viij. milia. Et transiit ionathas in ascalonem. et receperunt eum ascalonites in gloria. Et rediit ionathas in hierusalem. Et audiuit alexander rex virtutem eius. et addidit adhuc glorificare ionathan. et misit ei fibulam auream. que solet dari cognatis regum. et dedit ei acharon et oēs fines eius. Et cum vteretur ionathas duobus insignibus regis forte signus erat de renouatione regni iudeorum. Et ascendit alexander in superiores partes cilicie. Et egressus est rex egypti socer eius in virtute magna et querebat obtinere regnum alexandri in dolo. Et aperebant ei ciuitates et occurrebant ei. sic enim mandauit alexander. Et transiens in singulis ciuitatibus reliquebat custodias. Et ut appropinquabat acoth. ostenderunt ei templum dagon succensum. et cetera deuoluta. et eorum tumulos qui occisi fuerant. Et dicebant. Sic fecit ionathas ut inuidiam facerent ei. Et tacuit rex. Et occurrit ionathas ptholomeo in ioppem et salutauerunt se. Et abiit ionathas cum rege usque ad fluum eleutherum. et rediit in hierusalem. Tunc ptholomeus obtinisset ciuitates usque ad seleuciam maritimas. misit ad demetrium dicens. Veni componamus pactum. et dabo tibi filiam meam. Denitet enim me quod dederim illam alexandro. Et tollens filiam suam dedit eam demetrio. et recessit ab alexandro manifeste. Et intrauit ptholomeus antiochiam. et imposuit sibi duo diademata egypti et alie. Tunc alexander venit contra eum in prelium. et victus est a ptholomeo. et fugit in arabiam ad parentes maternos cum antioche filio suo. Rex autem arabum timens virtutem ptholomei occidit alexandrum. et reseruauit filium et misit caput alexandri ptholomeo qui gaudens est. Sed factum est ut tertia die more



ref. 7 regnavit demetrius in solio patrum suorum

In diebus illis expugnauit ionathas arcem que erat in hierusalem. 7 nunciauerunt herodemetrio quodam iniquo ex israel. Qui iratus venit pholomaidem. 7 scripsit ionathas ne obsideret arcem. sed occurreret ei festinato. Et elegit ionathas de senioribus israel. 7 dedit se periculo. Et accepit pecuniam multam 7 vestes. 7 abiit ad regem. 7 dantes ei munera inuenit gratiam in conspectu eius. Et licet multi accusarent eum. magnificauit eum rex in conspectu omnium. 7 statuit ei principatum sacerdotum. 7 quantum habuerat prius. Et vidit demetrius quod siluit terra in conspectu eius. 7 dimisit exercitum in loca sua. 7 retinuit secum exercitum peregrinum. et inimici erant ei omnes exercitus prius eius. Triphon autem erat quodam partium alexandri prius. qui videns quod omnes exercitus murmurabant contra demetrium. iuit in arabiam ut reduceret inde antiochum filium alexandri in terram patris sui. Eo tempore dum demetrius erat offensus suis misit ad eum ionathas ut eiceret eos qui erant in arce in hierusalem. 7 qui in presidibus erant quod impugnabant israel. Et rescripsit demetrius dicens. Hec 7 maiora faciam tibi cum fuerit oportunum. Nunc autem recte feceris. si miserum mihi viros in auxilium quod discessit exercitus meus a me. Et misit ei ionathas. iij. milia electorum in antiochia. 7 delectatus est rex in aduentu eorum. Et surrexerunt antiocheni. c. xx. milia. 7 volebant interficere regem. Et fugit rex in aulam. Et misit iudeos per civitatem. 7 occiderunt centum milia hominum. 7 liberauerunt regem. Residui vero civium dederunt dexteras regi. et fecerunt pacem. 7 glorificati sunt iudei. 7 redierunt in hierusalem. Et siluit terra in conspectu demetrii. et mentitus est omnia que dixerat ionathas. 7 recessit ab eo. 7 vexabat eum valde.

De antiocho adolescente.

Capitulum XII.

**D**e tempore reuersus est trifon de arabia reducens antiochum adolescentem. et imposuit ei diadema. Et congregati sunt ad eum exercitus quos dispererat demetrius. 7 pugnaverunt contra demetrium. 7 fugit. Et obtinuerunt anti-

ochus 7 trifon antiochia. Et scripsit antiochus adolescens ionathas dicens. Constituo tibi sacerdotium. et constituo te super quattuor civitates ut sis de amicis regis. Et misit illi vasa aurea. dans ei potestatem bibendi in auro. 7 esse in purpura. 7 habere fibulam auream. Et simonem fratrem eius constituit ducem a terminibus tyri usque ad fines egypti. Et exiit ionathas. 7 pambalabat civitates. 7 venit ascalones. 7 occurrerunt ei honorifice. Ascotenses vero prius resistentes ei. postea dederunt ei dexteras. Et accepit obsides ex eis. Et misit eos in hierusalem. 7 pambulabat regiones usque in damascum. aggerum regni negocia. Et audiuit ionathas quia principes demetrii qui erant in cades galilee cum exercitu magno volebant eum remouere a negocio regni. Et occurrens illis. relinquens fratrem suum simonem intra provinciam. congressus est cum eis. et fugerunt omnes qui erant cum ionathas praeter duos. Et scidit ionathas vestimenta sua. et orauit. Et aggressus hostes conuertit eos in fugam. Et redierunt ad eum qui recesserant ab eo. 7 insecutus est hostes usque ad castra eorum qui erant in cades. et ceciderunt ex eis tria milia. Et rediit ionathas in hierusalem. et misit romam renouare cum eis amicitiam. Sparciatis quoque scripsit quos supra lacedemonios diximus dicens. Pridez scripsit nobis dari rex vester sub onia summo sacerdote iudeorum quod de genere abrae estis. 7 fratres nostri. 7 fecimus vobiscum fraternitatem. Extunc memores sumus vestri in sacrificiis et observationibus nostris sicut decet nos meminisse fratrum. et nunc misimus ad vos ut inouemus fraternitatem. Et respicerunt spciate. pecora nostra 7 possessio nostra vestra sint. 7 vestra nostra. 7 innouata est fraternitas. Et audiuit ionathas. quod iterum egressi sunt principes demetrii cum exercitu multo. superque prius. 7 egressus est aduersus eos. Qui cum audisset aduentum ionathas. nocte fugerunt relinquentes focos in castris. Et mane insecutus est eos ionathas. et non comprehendit. Transierant enim flumen eleuterum. et diuertit ionathas ad arabes qui dicuntur cabadei. et percussit eos. Simon autem in ioppen declinavit



# Machabeorū I

Audierat enī q̄ vellēt p̄sidiū tradere ptibz demetrii: 7 posuit ibi custodes. 7 redijt ionathas ī hierlīm. 7 inuauit muros ī ea. 7 muniuit eā valde īter arcē 7 ciuitatez. vt eēt ciuitas singularī ī trā. 7 nec emāt nec vedāt. ī nō indigetēs bonis aliorū. Eo tēpe cogitauit trifon occidere antiochū adolefcētē. 7

In libro machabeorū ita. Et cōuocat se moribus ppli. cogitauit innouare muros 7 exaltare altitudinē magnā īter ciuitatē 7 arcē. vt separet eas a ciuitate. et esset singulariter.

7 īponere sibi diademā. s̄ timuit ionathan strenuū defensorē antiochi. Et elegit vt euz prius occideret. sc̄psit q̄ ionathę vt occurreret ei ī bethsan. Et venit ad eū ionathas cū milibz viroz. Vidēs q̄ trifon q̄ nō posset extēdere manū ī eū. honorauit eū dās ei munera. et p̄cipiēs exercitibz suis. vt obedi-rēt ei sic sibi. Et ait ionathę: Ut qd̄ vexasti pplm: Elige tibi paucos 7 veni mecū p̄tholomaidē. 7 tradā eā tibi. 7 reliq̄ p̄sidiā. 7 exercitū. 7 vniūsos mīsteriales regni. 7 redito Et credidit ei ionathas. 7 remisit in iudcā exercitum. 7 retinuit tñ tria milia. ex qb̄ dimisit in galileā duo milia. Et erāt mille cū eo. Lūq̄ ītrasset p̄tholomaidē ligauerūt eū ciues. 7 oēs q̄ erāt cū eo īterfecerūt. Et plāxit oīs terra iuda ionathan. estimās occisū esse. Et dixerūt gētes q̄ erant in circūitu iudcę: Nō habēt p̄ncipē. tollem⁹ de hoībz memoriā eoz. Et p̄gregauit trifon exercitū. vt veniret ī terrā iuda. 7 attereret eā. Timēs q̄ ppl̄s ascendit ī hierlīm. et ait simoni: Tu es dux noster loco iudcę 7 ionathę fratris tui.

De simone. Capituluz. XIII

**Accelerauit si**

mon p̄sumare muros hierlīm. 7 misit exercitū ī ioppen. Cognoscēs aut trifon: q̄ surrexit simon loco ionathę. misit ad euz legatos dicēs: Pro argēto qd̄ debebat ionathas frater tu⁹. in ratiōe regl̄ detinui⁹ eū. Et nūc mitte argēti talēta. c. 7 duos filios ei⁹ obsides. 7 remitem⁹ eū. Lūq̄ cognos-

ceret simon volū ei⁹. misit tñ argētū 7 pue-ros. ne murmuraret ppl̄s dicēs: nō redemit frēm volēs regnare. Et mētī⁹ ē trifon et intrauit regionē. vt p̄tereret eā. Et cū appropinq̄sset baschama. vidēs q̄ nō p̄ficeret. io-nathan ibi occidit 7 filios ei⁹. 7 redijt ī trāz suā. Et misit simon 7 accepit ossa ionathę. 7 sepeliuit eū in nodin. Et statuit. vij. piramides patri 7 matri. 7 q̄ttuoz fratribz et sibi. 7 circū posuit colūnas magnas. 7 sculpsit in eis arma 7 naues ad memoriaz eternam. Trifon aut cū iter faceret cū antiocho adolefcēte. dolo occidit eū. 7 regnauit p̄ eo in asia. Tūc edificauit simon p̄sidiā in iudcā 7 misit ad demetriū. vt faceret pacē cū eo. et mittēs munera rogauit vt faceret remissionē regionī. Et sc̄psit demetri⁹ dicēs: Munera suscepim⁹. 7 pacē faciam⁹ vobiscum magnā remittētes ignorātiās 7 peccata vsq̄ ī hodiernū diē. 7 nūc absolui⁹ vos ab oī tributo. Et ablatū ē iugū gentiū ab isrl̄. Et extūc cepit scribere ppl̄s isrl̄ ī tabulis 7 gestis publicis annotationes t̄pis in hūc moduz Anno p̄mo sub simone summo sacerdote. magno duce 7 p̄ncipe iudcęoz. Tūc descēdit simon in gaçam. 7 obsedit eam. 7 eiecit idolatras 7 idola de ciuitate. et mundauit edes. 7 collocauit ī ea viros q̄ legē facerent 7 muniuit eā. 7 fecit sibi habitationē. 7 obsedit eos q̄ erant ī arce hierlīm. Et clamauerunt ad simonez. vt acciperēt dextrās. 7 dedit illis. 7 eiecit eos inde. et mundauit arcē a cōtaminationibz. 7 ītrauit eā cū musicis instrumētis. hymnis 7 ramis palmarū. statuens vt oībus annis

ageret⁹ b̄ dies cuz leticia. Et vidit simō iohānez filiū suū q̄ vir eēt p̄clj. Et posuit euz sub se ducē 7 dedit ei gaçam ad habitādū. Tūc cōgregauit rex demetri⁹ exercitum 7 ītrauit mediā ad cōtra-hēda sibi auxilia vt

Et sic tria festa legi⁹ in libro machabeoz Primū festū mūdatiōnis templi d̄ quo supra capitulo. Lotiens igit victis. Secunduz fuit occisoni canore. de q̄ supra. c. Eo tpe. Tertiu3 habes hic. nullū tñ hōrū legale fuit.



expugnaret trifonē. Sed arfaces rex psidis  
 7 medic misit vnus de pncipibz suis q̄ p̄cul  
 sit castra demetrii. 7 cōbrehēdit euz vinū. et  
 posuit eū arfaces ī custodiaz. Et siluit terra  
 iuda ī diebz simonis q̄ fec̄ sibi ioppen ī por  
 tū. 7 itroitu in insulis maris. Et dilatauit fi  
 nes gētis suę. 7 abstulit imūdiciam. 7 sedit  
 vnusq̄sq̄ sub vita sua 7 s̄ ficu sua nec erat  
 q̄ eos terreret. Et misit simō ad sparcias  
 ad inouandā fraternitatē. Romanis q̄ mi  
 sit clypeū aureū m̄narū mille. et statuerūt ei  
 romani libertatē. 7 sc̄pserūt ī tabulis greis fē  
 dus. q̄ posite sūt in titulis ī monte sion.  
**De antiocho demetrii filio.**

## Capitulum. XIII.

### **D** tēpore exiuit

antioch<sup>9</sup> fili<sup>9</sup> demetrii ī terrā patz  
 suoz 7 p̄uenerunt ad eum oīs exercit<sup>9</sup> ita vt  
 pauci essent cū trifone. Et sc̄psit antioch<sup>9</sup> si  
 moni 7 gēti iudeoz dicēs: Statuo vobis  
 oīa q̄cūq̄ remiserūt vob reges añ me. 7 p̄  
 mitto vob facere p̄cussuras ppriū nūmisma  
 tis ī regione vestra. Cūq̄ obtinero regnū  
 magnificabo gentē v̄raz 7 tēplum ī glia ma  
 gna. Porro trifon fugiēs antiochū p̄ ma  
 ritima. recepit se ī dorā. Et insecut<sup>9</sup> ē eū an  
 tioch<sup>9</sup>. 7 obsedit ciuitatez terra 7 mari. Eo  
 tpe luci<sup>9</sup> cōsul romanoz sc̄psit regibz 7 regi  
 onibz in oriēte. ne inferrēt mala iudcis ami  
 cis suis. nec opē ferrēt inferētibz. s̄ si q̄ pesti  
 lētes ex iudcis p̄fugerent ad eos traderent  
 eos simoni pncipi sacerdotū. vt vindicaret  
 ī eos s̄m legē suā. Antioch<sup>9</sup> aut rex obsedit  
 dorā sc̄do. 7 p̄clusit trifonē ne p̄cederet. Et  
 misit ei simon duo milia viroz in auxiliū 7  
 argētū 7 aurū et vasa copiosa. Qui noluit  
 ea accipere. s̄ fregit pactū qd̄ fecerat cū eo. 7  
 misit ad eū athenobiū. mandās ei vt redde  
 ret ei arcē q̄ ē in hierlm. 7 ioppen 7 gaçam. 7  
 tributa locoꝝ quibz dñatus fuerat. alioqn̄  
 veniret 7 expugnaret eū. Et vidit athenobi  
 us ī hierlm gliaz simonis 7 aparatū copi  
 osū. 7 affluētā ī auro 7 argēto. 7 obstupuit  
 Et m̄dit simon: Terrā alienā nō sūpsim<sup>9</sup>.  
 s̄ hereditatez patrū n̄roz q̄ iniuste ab ini

micis n̄ris aliq̄ tpe possessa ē. Et redijt athe  
 nobi<sup>9</sup> ad regē. 7 renūciauit ei verba simōis  
 7 gliaz ei<sup>9</sup>. Et irat<sup>9</sup> ē rex ira magna. Porro  
 trifon fugit nauigio ī orthosioda. Rex autē  
 p̄sequēs trifonē p̄stituit cendebēū ducē ma  
 ritimū. 7 reliqt̄ ei exercitum vt pugnaret iu  
 dam. Et edificauit cendebē<sup>9</sup> cedronē. collo  
 cās ī ea milites. vt vastaret fines iudeę. Qd̄  
 cū accepisset simō vocauit duos filios suos  
 seniores iudā 7 iohānez. Et ait illis: Ego 7  
 frēs mei expugnauim<sup>9</sup> hostes isrl̄ ab adole  
 scētia vsq̄ ī hūc diē. Nūc aut̄ senui s̄ estote  
 loco mei. 7 pugnate p̄ gēte v̄ra. Auxiliū v̄o  
 d̄ celo vobiscū sit. Et dedit illis. xx. milia pu  
 gnatoꝝ 7 equites. Et p̄fecti sūt adūsus cen  
 debēū. Et erat flumi<sup>9</sup> torres iter eos 7 timuit  
 ppl̄s trāsire. 7 trāsiiit iohannes p̄mus 7 se  
 cuti sūt eū oēs. Et insonuerūt sacris tubis.  
 7 p̄susus ē in fugā cendebē<sup>9</sup> 7 castra ei<sup>9</sup> 7 ceci  
 derūt ex eis multi vulnerati. Vulnerat<sup>9</sup> ē et  
 iudas frater iohānez. 7 insecut<sup>9</sup> est iohānez  
 fugiētes vsq̄ cedronē. 7 ceciderūt ex eis duo  
 milia viroz redierūtq̄ filij simonis ī pace.  
**De morte simonis. Capitu. XV.**

### **D**no ptholo<sup>me<sup>9</sup></sup>

p abobi cōstitut<sup>9</sup> erat dux in campo  
 hiericho. Erat enī gener sūmi sacerdotis. et  
 habebat argentū 7 aurū multū. Et eleuatus  
 ē cor eius. 7 volebat obtinere regionē. 7 co  
 gitabat dolū aduersus simonē 7 filios eius  
 vt tolleret eos. Simon aut̄ p̄ambulabat ci  
 uitates regionis. gerens sollicitudinē earū.  
 Et descēdit ī hiericho cū iuda 7 mathathia  
 filijs ei<sup>9</sup>. Et suscepit eos ptholome<sup>9</sup> in mu  
 nitiūculā quā edificauerat ī dolo. Iet fec̄ eis  
 cōuiniū magnū 7 abscondit ibi viros. 7 itra  
 uit cōuiniū cū armatis. 7 occidit simonem et  
 duos fili<sup>9</sup>. 7 reddidit mala p̄ tonis. Quaz 7  
 vxorem simonis cū duobz filijs ei<sup>9</sup> minori  
 bus in gulauit. alias vinculauit. Et sc̄psit  
 antiocho regi vt mitteret ei exercitū ī auxili  
 um. 7 traderet ei regionē 7 ciuitates 7 tribu  
 ta. Misit q̄ nūcios ad tribunos. vt venirēt  
 ad se. 7 daret eis argentū 7 aurū 7 dona ali  
 osq̄ misit occupare hierusalē 7 mōtez tēpli.



Porro alios misit in gacā. vt interficerent iobānē. s̄ p̄currēs q̄dā in gacā. nūciauit iobāni q̄ facta fuerant. Et ip̄e festinauit occu-  
pare hierl̄m. 7 occidit eos q̄ venerāt eū per-  
tere. Et fact⁹ ē p̄nceps sacerdotum post pa-  
trem suum.

**Sequuntur tituli capitulorum in hi-  
storia machabeorum libri secundi.**

Recapitulatio.	capi. j.
De cōmendatiōe iobānis hircani.	ca. ij.
De institutione xenodochiorū et de morte iohannis.	ca. iij.
De restitutione regni iudeorum per aristobolum.	ca. iij.
De nece antigoni.	ca. v.
De tyrannide regis alexandri.	ca. vj.
De regno alexandri 7 de filiis eius hircano 7 aristobolo.	ca. vij.
De multiplici discordia fratrum.	ca. viij.
Quod pompeius hierusalem sibi traditā templū expugnauit.	ca. ix.
De diuisione iudee in p̄tharchias.	ca. x.
De fuga aristoboli 7 iterata ei⁹ captiuitate capitulum. xi.	
De reditu aristoboli in syriam 7 eius morte capitulum. xij.	
Quod antipater trāsiiuit in gr̄as cesaris.	ca. xij.
Quod antipater procurator indee creatus est.	capitulum. xiiij.
Quod herodes factus est p̄ses galilee 7 princeps militie regis syrie.	ca. xv.
De morte iulij cesaris 7 signis.	ca. xvj.
Quod herodes adhesit cassio.	ca. xvij.
De nece antipatri vindicata per herodem.	capitulum. xvij.
De vxorib⁹ herodis 7 liberis eius.	ca. xix.
Quod herodes 7 phasel⁹ tetrarche iudee facti sunt ab antonio.	ca. xx.
Quod herodes rex iudee creat⁹ ē ramae.	ca. xxj.
Quod herodes pulso antigono posit⁹ ē in thoro regni in hierusalem.	ca. xxij.
De morte mariānes dolo salome.	ca. xxij.
Quod augustus addidit regno herodis traconitidem 7 ituream.	ca. xxij.
De herodianis.	ca. xxv.
De offensa herodis in filios.	ca. xxvj.

**Prefatio in historiaz secūdi libri machabeorum.**

## Eiusdem li

**S**ter machabeoz nō est hi-  
storie p̄secutio. s̄ p̄secute  
recapitulatio. Est enī epla  
quaz sc̄psit iudas macha-  
be⁹ 7 senat⁹ iudeoz hierosolymite dispersi-  
oni iudeoz q̄ exulabat in diuersis regioni-  
bus oriētis. 7 maxie in egypto. ī q̄ insinua-  
uerūt eis duas a se solēnitates nouiter insti-  
tutas. hortātes vt eas susciperent 7 solēnica-  
rēt q̄t ānis. Unā de purificatiōe tēpli quā  
fecerāt vicesima q̄nta die mēsis casleu. post  
tres ānos pollutiois facte ab antiocho. Al-  
terā quā instituerat. xij. die mēsis adar. q̄d  
est marcij. q̄ dicebat voce syriaca p̄die mar-  
dochei. diē sc̄z quā instituerāt p̄ incredibili  
victoria quā habue-  
rūt īterfecto nicano

re cui⁹ caput et ma-  
nū s̄ tēpluz suspēsa  
p̄dixim⁹. Nihilomi-  
nus hortātes vt so-  
lennē agerēt diē sce-  
noplegie. et diem  
ignis q̄ datus ē de  
crassa aqua q̄n nee-  
mias obtulit sacrifi-  
cia. In hoc aut loco  
hui⁹ eplē legit hier-  
emias abscondisse  
arcā 7 altare incēsi ī  
spelūcaz mōtis in q̄

Judei duce mardo-  
cheo solennitatē. xij.  
die eiusdē mensis in-  
stituerunt in memo-  
riam ei⁹. qz victoriā  
de inimicis eozuz ha-  
buerūt. xij. die eiusdē  
mēsis q̄n hos occide-  
rūt p̄ puincias vsqz  
ad. lxxv. milia. licētia  
eis data ab assuero  
sicut habes supra in  
libro hester circa fi-  
nem eiusdem.

moyses ascēdit. 7 vidit dei hereditatez. Et  
accesserūt quidā qui sequebant hieremias  
vt notarēt sibi locū. 7 nō potuerūt inuenire  
Quos culpans hieremias dixit. Ignotus  
erit locus. donec p̄greget deus cōgregatio-  
nem ppli. 7 p̄pitius fiat. 7 tūc ostēdet dñs h̄.  
7 apparebit maiestas dñi 7 nubes sic in die-  
bus moysi. 7 sicut cū salomon fecit vt locus  
sanctificaret magno deo. Quod ḡ sup̄ dixim⁹  
epiphaniū dixisse hieremiā aliter de mani-  
festatiōe arce. fortasse mysticū fuit. Ne aut



hierosolymite videret sine causa has instituisse solennitates. recapitulauerunt in epistola bella que fecerant contra hostes. que frequenter ebullierant de perfide. Et quod liberati erant a deo in manu forti. et signis et prodigijs innumerabilibus. In hac autem recapitulatioe apposita sunt quedam que in predicta non leguntur historia. que que iam supra posuimus. suppressa vero ibi nunc supplebimus. Forma vero epistole hec est. Populus qui est hierosolymis et in iudea. senatusque et iudas aristotolo magistro ptolomei regis que est de genere christorum sacerdotum et his que in egypto sunt iudeis salutem et sanitatem. Benefaciat vobis deus. et det vobis cor omnibus. ut colatis eum et faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor vestrum in lege sua. et in preceptis suis. et faciat pacem. Exaudiat orationes vestras et reconciliet vobis. nec vos deserat in tempore malo. Et nunc hec sumus orantes pro vobis. De magnis autem periculis a deo liberati magnifice gratias agamus ipsi et cetera que sequuntur. Pericula vero sua et liberationes a deo factas enumerare ceperunt. a morte antiochi magni et a filio eius seleuco. Qui cum prius templum honoraret et de redditibus suis prestaret sumptus ad misterium sacrificiorum. ad suggestionem simonis de tribu beniamin. que erat prepositus templi. et inuidebat onie. misit eliodorum ad spoliandum commune erarium. quod dixit non pertinere ad rationem sacrificiorum. Erant eque hec congregata ad victualia viduarum et pupillarum. et pleraque erant deposita diuitum. Terminauerunt autem persecutionem huius epistole in morte nicanois in hunc modum. Igitur his erga nicanois gestis. ex illis temporibus ab hebreis ciuitate prepressa vel possessa. Ego que in his finem faciam sermonis. Et si quidem bene et ut historie competit hec et ipse velim. Si autem minus digne procedendum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere aut semper aquam contrarium est. alternis autem uti delectabile. ita legentibus si semper exactus sit sermo non erit gratus. Hic ergo erit consummatus.

Recapitulatio. Capitulum. I.

**Pro quedam su**

peraddita in hac epistolari recapitulatione summatim tangere curabimus. Sane

in prophanatione antiochi cum cogere iudei a patris legibus recedere. due mulieres delatę sunt natos suos circumcidisse. que infantibus ad vbera suspensis cum publice per ciuitatem circumduxissent carnifices per muros precipitauerunt. Eleazar vero de primoribus scribarum. et vir etate puerus. aperto ore hians compellebant suillas carnes sacrificij manducare. Quidam vero veteris amici eius carnes licitas secreto afferentes. rogabant ut simularet se ad imperium regis manducare. quod renuens aiebat. Adolescentibus exemplum forte malum derelinqua et plagis promptę memorię mortis sue et exemplum virtutis reliquit. Contigit autem et virum freres vna cum matre comprehensos compelli a rege ad esum porcinę carnis. quibus reuertentibus insit rex coram eis sartagine et ollas que eas succedi. et primogenito linguam amputari cuius cute capitis abstracta. et summitate manuum

et pedum preclara. coram matre et fratribus missus in sartagine torquebatur. In eodem modo singuli fratrum secundum ordinem geniture torquebantur. premissa tamen unicuique exhortatione ut regi obediret et viueret. Supermodum autem mater mirabilis et bonorum memoria digna. singulos hortabatur patria voce et femineę cogitationi masculinum animum inferens. dixit ad eos. Nescio quid in utero meo apparuisti. nec enim ego spiritum et animam donavi vobis nec vitam et singulorum membra non ego ipsa compegi. hec que formauit vos spiritumque vobis iteque cum matre reddet et vitam. sicut nunc

Rome martyr ad quatuor extendit. Dicit martyr que per probationem legis dei moritur ut machabei. Dicit etiam martyr que per veritatem predicationis moritur ut hieremias. et alij prophete. Dicit idem martyr qui loco ipsius christi moritur ut infantes. Dicit et martyr que per confessionem fidei et passionis christi moritur. ut petrus et paulus. Et isti proprie dicuntur martyres. id est testes passionis christi. Quorum festum facit ecclesia. cum nulli veteris testamenti martyris festum agat nisi virum machabeorum. Que rorum que festum agit ecclesia. licet ad inferos descenderint. Unde et eorum festo canticum leti

*forma epistola  
iudei machabei  
iudeis misse*



vosmetipsos despi-  
 citis propter legem eius.  
 Quia ad hunc adole-  
 scētiorem superesset sua.  
 debat rex matri. ut  
 adolescēti fieret in sa-  
 lute. Quia promissit  
 se suam suram filio. in-  
 clinata ad illum pa-  
 tria voce dixit: Fili  
 miserere mei. dignus  
 fratribus tuis effectus  
 suscipe mortem. ut in il-  
 la miseratione cum  
 fratribus tuis te reci-  
 piat. Tunc rex indigne  
 ferens se derisum. in  
 hunc crudeliter super omnes desivit. Nouissime  
 autem et post filios mater defuncta est. Pro hac  
 tanti prerogatiua martyrii asserunt plurimi de  
 his. vii. fratribus ecclesiam solenniter. Addit quod  
 in eadem epistola. quod cum iudas aduersus timotheum  
 dimicaret. apparuerunt aduersarij de celo  
 viri. v. in equis ducatum iudeis prestantes. e quibus  
 duo machabeum medium habentes. armis  
 circumseptum preseruabant. in aduersarios autem tela  
 et fulmina iacebant. Nec multo post tempore. cum  
 egredere iudas a hierosolymis. ut dimica-  
 ret aduersus lissiam. apparuit precedens eos eques  
 in veste candida armis aureis hastam vibrans.  
 Addit quod quod ioppite rogauerunt iudeos secum  
 habitates ascendere scaphas quas pauperat in  
 die festo ad colludendum. Cumque in altum processis-  
 sent. submerserunt ex eis non minus ducentos.  
 Quomodo iudas in nocte superueniens portum  
 succendit. et scaphas exussit refugos ab igne  
 gladio peremit. Jam nitis quod nocte superuenit  
 et portum cum nauibus succedit. ita ut lumine ignis  
 appareret hierosolymis stadys. cc. xl. Addit  
 quod quod proelio commisso apud iamnia plures pro-  
 strati sunt de iudeis. Et venit iudas cum suis  
 ut corpora prostratorum tollerent. et in sepulcris po-  
 nerent paternis Inuenerunt autem sub tunicis in-  
 terfectorum de donarijs idolorum que apud iam-  
 niam fuerunt. Quibus manifestum est. ob hanc cau-  
 sam eos corripisse. Et benedixerunt iustum dei in

cie subterit. Si obij-  
 ciat de iohanne bapti-  
 sta dicimus. quod passio-  
 nis eius festum non agimus  
 sed natiuitatis que fu-  
 it figura natiuitatis  
 christi Festum ergo decol-  
 lationis eius non est festum  
 passionis. presertim  
 cum ipse circa pascha de-  
 collatus fuerit. sed tem-  
 tali caput eius inuentum  
 fuerat. Alij tradunt  
 duas esse dictiones  
 eo quod tali tempore collata  
 sint ossa eius.

dicitur quod occulta fecerat manifesta. et in preces  
 conuersi rogauerunt deum. ut delictum eorum obli-  
 teraret. At uero vir fortissimus iudas collati-  
 one facta a suis. xij. milia dragmas argenti  
 misit hierosolymis offerre ea ibi pro peccatis  
 mortuorum vel delicto illorum in sacrificium. Addi-  
 tur quod quod cum sceleratissimus nicanor persequeretur  
 iudam post fedus cum eo initum. et postea fractus  
 comperit iudam esse in locis samarie. et disposuit  
 bellum committere cum eo in die sabbati. Iudei  
 uero qui sequebantur nicanorem pro necessitate di-  
 xerunt ei. ut honorem daret diei sanctificationis  
 et deo qui uniuersa conspiciunt. At ille qui sinit ab eis  
 Si potes es in celo. qui imperauit agi die sab-  
 batorum. Et dixerunt: Est deus vnus in celo potes  
 qui iussit agi die. vii. At ille ait: Et ego potes  
 sum super terram. qui impero sumi arma et negocia  
 regis impleri. Machabeus autem cum pauci essent  
 cum eo. formidantes impetum nicanoris et mul-  
 titudinem singulos illorum iudeorum armavit in  
 clypei et haste munitione. sed sermonibus optimis  
 et exhortationibus. presertim exposito eis som-  
 nio quod in eadem nocte viderat in hunc modum.  
 Viderat omniam summum sacerdotem. qui a puero in  
 virtutibus exercitatus fuerat manus prestantem  
 et orantem pro populo iudeorum. Postquam apparuisse  
 et alium virum etate et  
 gloria mirabili circa  
 illum. et omne dixisse.  
 Hic est amator populi  
 israel. et qui multum orat  
 pro populo. et ciuitate sa-  
 cta. hieremias propheta  
 dei. Extendisse autem  
 hieremiam dextram et  
 dedisse iudei gladium  
 aureum. et dicente. Accipe sanctum gladium munus  
 missum a deo qui deiciet aduersarios populi mei  
 israel. Quia visione confortati qui erant cum iuda im-  
 petum fecerant in hostes. et prostrauerunt ex eis non  
 minus quod xxx. milia. nicanore cum eis interfecto  
 et redierunt hierosolymam benedicentes deum. et ca-  
 put nicanoris et manus cum humero abscisam  
 in templum suspenderunt. Itaque omnes communi con-  
 silio decreuerunt nullo modo diem istum absque  
 celebritate preterire. Hic terminatur epistola iudei

Hinc habes autori-  
 tate quod aias sanctorum  
 efflagitare debemus  
 quod pro nobis orent et inter-  
 cedant pro quod profuturum  
 iudei qui negant alicuius  
 sanctorum auxilium  
 deprecandum.



ad dispersionē iudeorū. Terminata igit̃ epi-  
stolari recapitulatiōe ad p̃secutionez histo-  
rię reuertamur de iohanne filio simonis p̃-  
sequentes.

De cōmendatiōe iohannis hircani. Capitulum. II.

**M**ortuo simone

q̃ ultim⁹ q̃nq̃ filiorū mathathie a  
